



## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||  
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In  
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

In Qvo Agitvr Nominatim De Sacerdotibus, Confessarijs, Magistris siue  
Doctoribus, Concionatoribus, Episcopis & alijs Prælatiſ, eorumque  
Ministerijs - In ſeptem Tractatus distributus ...

**Puente, Luis de la**

**Coloniæ Agrippinæ, 1629**

Tractatvs Qvartvs. De officijs & ministerijs in genere adiuuandi animas,  
eorumque partibus & ornamentis, vt exactè ac perfectè fiant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45750](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45750)



TRACTATVS QVARTVS  
DE OFFICIIS ET MINISTERIIS  
IN GENERE, ADIVVANDI ANIMAS,  
EORVMQVE PARTIBVS ET ORNAMENTIS,  
vt exactè ac perfectè fiant.

CAPVT I.

VARIA AD IUVVANDAS ANIMAS MINISTE-  
ria ad quatuor potissima reducuntur.



VAMVIS ministeria offerendi Deo Sacrificiū Mis-  
sæ, & orandi ac decantandi Diuinas laudes, de  
quibus hætenus egimus, adeò sint excellentia,  
vt per seipsa sola sufficiant ad auctoritatem Sacer-  
dotibus & Ministris Ecclesiæ conciliandam: voluit  
tamen Christus Dominus noster, eorum aucto-  
ritatem & potestatem extendere se ad multa alia  
valde præclara, magnique momenti pro cæteris  
fidelibus: quemadmodum fuit reuelatum Sancto  
Ioanni in figura a viginti quatuor seniorum; qui circummissi erant vesti-  
mentis albis, & in caputibus eorum erant corona aurea, & sedebant super viginti  
quatuor thronos in circuitu sedis, & throni ipsius Dei, b qui habebant singuli  
Citharas & phialas aureas in manibus suis. Hi enim senes significabant  
Sacerdotes Ecclesiæ: hoc enim nomine eos appellat; quamuis etiam at-  
tribuitur Episcopis. Vestimenta alba sunt vestes Sacerdotales, cum sancti-  
tate & puritate animarum suarum. Calices sine phiala aurea, quas in mani-  
bus habebant plenas odoramentorum, que sunt orationes Sanctorum, significant  
officiam offerendi Sacrificium Missæ, nostræque salutis calicem; cum  
quibus coniunguntur orationes totius Ecclesiæ, vt suprâ est dictam.  
Cithara quas pulsabant cantantes canticum nouum, significabant alterum  
ministerium canendi Diuinas laudes cū ea læticia & sollicitate, quæ nūc est  
in vsu. Præter hæc autè ad nostrū propositū magis facit, quòd fuerint seden-

a Poc. 4.7.  
b c. 5.8.

tes in suis thronis in circuitu sedis, & throni ipsius Dei: id enim significat auctoritatem, quam habent in Divina presentia, ad exercenda sua munia. Sedent enim tanquam Iudices ad iudicandum de peccatis, & absolvendum ab eis; tanquam Magistri, ad docendam Fidei ac legis doctrinam; & tanquam Gubernatores, ad reliquos dirigendos in via cœlesti. Et quoniam sint in conspectu Supremi Regis Regū; habent coronas aureas in capitis suis ad ostendendam regiam suam dignitatem, & auctoritatem in spiritalibus, & victorias, quas suis ministeriis obtinent in virtute Agni Iesu Christi Domini nostri: *ad cuius pedes misunt coronas suas, agnoscentes, ab eo se accipere quicquid boni habent.* Hæc amplitudo est & auctoritas Sacerdotum & ministrorum Evangelicorum: in qua incomparabiliter superant viginti quatuor familias antiquorum Sacerdotum, quos appellabant *d Principes Sanctuarij & Principes Dei*; qui tituli multo excellentius competunt nostris Sacerdotibus.

Sed, quoniam varia sunt hæc ministeria, advertendum est: Hierarchiam Ecclesiasticam (vt ait S. Dionys., & cœpimus dicere initio primi Tractatus) esse sacrum quendam ordinem multarum personarum in variis gradibus & officiis, quæ ministeriis suis aspirant & anhelant ad conformitatem & similitudinem cum Deo: cuius illa est proprietas, vt in seipso habeat maximam puritatem; & purificet, illuminet, ac perficiat Creaturas, huius beneficii capaces. Ex quo efficitur, vt, qui excelsiorem habent huius Hierarchiæ gradū; debeant merito esse valde similes Deo in eisdem tribus actibus. Dando in primis operam, vt ipsi sint valde puri à vitis & passionibus; ab ignorantibus, erroribus, & omnibus imperfectionibus; & valde illustres luce scientiarum, & virtutum splendoribus: ita vt in vtrisque sint valde perfecti. Et mox studere debent, vt alios etiam fideles purificent, illuminent, ac perficiant; reddantque valde similes Deo, vt sint Sancti & perfecti: sicut ille est. Iuxta hos tres actus distinguit S. Dionysius officia Hierarchiarum cœlestium, & trium Chorum, quos singulæ habent: & quidquid Angeli erga homines faciunt, dirigitur ad hunc ipsam finem: in quem etiam tendunt varia Ecclesiæ ministeria. Quæ præter illa duo sacrificandi & orandi, de quibus iam est actum: possunt ad quatuor præcipua reuocari; *docendi scilicet, prædicandi, excipiendi confessiones, & gubernandi.* Quæ omnia etsi præcipue competant Pontificibus & Episcopis, vt in vicino tractatu dicitur. Sed quoniam non possent per se ipsos omnia illa prætere: necesse fuit, ea inter alios distribuere qui ipsos iuarent; quod faciunt Doctores, Concionatores, & Confessarij ac reliqui Prælati. **DOCTORES** (quod est Doctorum proprium) respiciunt tanquam finem, illustrare fidelium intellectum veritatibus Fidei Catholice, & reliquis spectantibus ad bonos mores, & bonum vite Ecclesiæ, ac Reipublicæ Christianæ in omnibus e-

c. 4. 10.

d. 1. paral.  
2. 4.c. 1. de An.  
gelic. Hiera  
& c. 2. de  
Ecclesiast.

ius statibus, & officijs. Hoc autem ministerium exercetur docendo in Cathedralis: scribendo libros, disputando contra Hæreticos, respondendo dubiis & casibus occurrentibus; & proponendo doctrinam & verbum Dei plebi. Ministerium PRAEDICANDI est proprium Concionatorum, & Oratorum Evangelicorum: quod complectitur ipsum actum docendi proportionatum capacitati populi. Habet autem eum præcipuum finem, ut corda & voluntates hominum permoueat ad peccatorum detestationem, & amorem virtutum; ad imitationem Christi, & ad sequendam perfectionem Christianam: mandando executioni, quod intellectus faciendum iudicabit. Ministerium CONFESSARIORVM hocvtrumque complectitur; applicatum tamen in particulari ad vnumquemque penitentem. Respicit verò eum finem, ut penitentem absoluat à peccatis, quæ confessus est: docendo eum, quæ ad eius informationem necessaria sunt; adductis rationibus ad persuadendum & alliciendum ut ea libenter amplectatur, & mandet executioni. GUBERNANDI ministerium est duplex: alterum generale, quod pertinet ad Pontifices, & Episcopos, & ceteros Prælatos Ecclesiæ, & Religionum: quorum finis est subditos dirigere in rebus ad salutem & perfectionem pertinentibus; ut vitam suam iuxta leges Dei, & Ecclesiæ, ac Reipublicæ, & status Officijque sui instituant; inducendo eos per actus prædictorum trium Ministeriorum: & si opus erit, etiam minis eos compellendo; & pœnis illatis coercendo. Alterum munus gubernandi est magis particulare, quo dirigitur vnaquæque anima iuxta specialem suam necessitatem, & capacitatem; ut seruiat Deo, & proficiat, ac iuxta suum statum etiam perficiatur. Et hæc gubernatio incumbit Confessariis, Patribus spiritualibus, & reliquis, qui suscipiunt in se curam dirigendi animas.

QUATVOR hæc ministeria destinantur ad curanda quatuor vulnera ex originali peccato orta, quæ Theologi vocant *ignorantiam, malitiam, imbecillitatem, & concupiscentiam*. IGNORANTIAE præcipuè subuenit doctrina Doctorum. IMBECILLITATI animus & seruior Concionatorum; Confessores applicant remedia contra MALITIAM; Prælati autem, & qui gubernant, recte fiant inordinatū CONCUPISCENTIAE & Passionis appetitum & affectum. Ac propterea quatuor hæc ministeria sunt instar quatuor fluminum fluentium ex Paradiso, ad rigandas varias terræ partes; & efficiendum, ut corda terrena fructum referant bonorum operum. Ministerium DOCTORVM est instar *flujij Gehon irrigantis omnem terram Aethiopiae*: hoc est ignorantes, quos liberant ab ignorantia & erroribus; & iusticiant in Fide, & bonis moribus: ut mutato colore nigro, albi fiant per Fidem & Gratiam. Officium CONCIONATORVM est quasi *fluvius Tigris, qui vadit contra Assyrios*: ipsorum enim munus est excur-

S. Thom. 1. 2.  
q. 85. a. 3.

Genes. 2. 13.

tere velociter per mundum, impugnando omnes mundanos & resistendo falsis eorum iudicijs, vt. eis abiectis, vtiliora sequantur. Ministerium **CONFESSARIORVM** est sicut fluvius *Physon*, qui circuit omnem terram *Hebraicis*, hoc est pœnitentes: quibus hoc nomen competit, eò quod *Hebraicis* (teste S. Hieronymo) significet *dolentem vel parturientem*: quod proprium est pœnitentium, qui verè dolent de peccatis, & quasi parturiunt spiritum salutis. Et ait scriptura, quod in ea terra nascatur aurum optimum, & pretiosi lapides. Irrigantibus enim Sacerdotibus pœnitentes forma ab solutionis, gignitur in eis aurum purissimum Gratiæ & charitatis, & pretiosi lapides virtutum supernaturalium; ac donorum, quæ gratiam comitantur. Munus autem **PRAELATORVM** est sicut fluvius *Euphrates*, quem scriptura, *fluvium magnum* appellat, & significat *frugiferum*; est enim maximum ministerium, & profert copiosos fructus: quia completur in se officia reliquorum. Nec exprimit scriptura Prouinciam, aut terram, quam hic fluvius irrigat: tum ad significandum, quod Praelatorum irrigatio extendat se ad ignorantes, & sapientes; ad peccatores, & iustos, & ad omne genus hominum; tum quod res esset notissima, quod irrigaret terram promissionis, quæ præcipua pars est mundi; referatque Ecclesiam Catholicam, in qua Praelati propria sua munera exercent, nam Ecclesiastica gubernatio non extendit se ad infideles, sed continet se inter fideles, qui iam sunt Ecclesiæ legibus subiecti.

QUATVOR præterea illa mystica animalia, quæ viderunt Sanctus Iohannes & Ezechiel, quæ trahebant currum Gloriæ Dei ab vna parte in alteram; non solum significabant quatuor Euangelistas scribentes quatuor Euangelia, eaque portantes per omnes mundi partes; sed etiam viros Apostolicos, & operarios Euangelicos: qui in inchoato ab ipsis opere progrediuntur quatuor his ministeriis. *Doctores* sunt quasi *Aquila*, ob excellentiam sapientiæ suæ, & contemplationis rerum cœlestium. *Concionatores* sunt quasi *Leo*, propter rugitum suæ Prædicationis, qua excitant dormientes terrent peccatores, & existimulât tepidos. *Confessarij* sunt quasi *Bos*, qui terram colit, & segetes triturat: ipsi enim verè arant corda pœnitentium, & messim animarum, quas Concionatores messuerunt, triturant, separando in eis pretiosum à vili. *Praelati* sunt quasi *facies hominis*, propter suam prudentiã in gubernatione. Quãuis magis in particulari omnia quatuor inueniuntur in Episcopis, sicut vnumquodq; Sanctorum *g animalium habet quatuor facies*; & Ezechiel Propheta omnia illa appellat *g Cherubin*: quod significat scientiæ plenitudinem, quæ valde magni est momenti ad omnia quatuor ministeria, & præcipuè ad docendum: quod etiam valde incumbit Praelatis, quorum munus expressit Apostolus, vocans eos *Pastores ac Doctores*. Ac propterea *Aquila* faciem suam eleuabat super

lib. de nomi.  
Hebraic.

f. Gen. 15. 18

Ezech. 1. 5. 6  
e. 10. 11.  
Apo. 4. 8.

g. Ezechiel.  
10. 4. 1. 21.

h. Eph. 4. 11.

liqua. Et quemadmodum i aspectus quatuor animalium erat quasi carbonum  
 ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum: & ubi erat impetus spiritus, illic gra-  
 dia ebant & ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis: ita  
 qui obeunt, quatuor hæc officia, debent (vt ait S. Gregorius) esse carbo-  
 nes ignis ardentis, ob inflammatum Dei & proximi amorem. Sed quoni-  
 am carbo etiam ignis non illuminat: debent simul esse lampades ar-  
 dentes, vt alios illuminent: communicantes eis lumen bonæ doctrinæ, &  
 Charitatis ardorem. Nec in suis ministeriis debent iudicij sui impetum  
 sequi; sed inspirationem ac directionem Spiritus Sancti, eundo & rede-  
 mado ab operibus vitæ actiue ad opera contemplatiue; & vicissim ab  
 his ad illa: coruscantes in omnibus ad instar fulguris, hoc est, cum lum-  
 ina velocitate ac diligentia accedentes ad ea exercenda: non cessantes,  
 nec reuertentes præ tædio aut torpore. In hoc enim tora eorum excellen-  
 tia consistit; vt mox videbimus.

## CAPVT II.

PERFECTIONEM HORVM MINISTERIORVM IN-  
 nit tanquam fundamento operibus vitæ actiue & contemplatiue;  
 eamq; esse valde præstantem.



PERFECTIONE & excellentia quatuor horum ministerio-  
 rum innit vt simul operibus actiue & contemplatiue  
 vitæ, in hunc modum. Contemplatiua enim (vt ait S.  
 Thomas) tres habet actus. *Primus* est aliorum doctri-  
 nam recipere, audiendo eam in concionibus, & exhor-  
 tationibus, aut legendo eam in libris Sacris ac piis. *Se-  
 cundus* est, orare & meditari Diuina mysteria, accipiendo  
 à Deo lucem in oratione, & studendo ex parte sua cog-  
 nitionem & amorem veritatis per meditationem assequi. *Tertius* est  
 contemplatio in præmæ veritatis, qui Deus est, & eius perfectionum & ope-  
 rum mirabilium, aspiciendo ea luani quadam, quieta, & amabili visione,  
 cum magna admiratione & stupore eius excellentiæ. Vita etiam actiua tres  
 alios modos habet operum: prima tendunt ad nostram propriam per-  
 fectionem, cum mortificantur vitia & passiones, & implentur Diuina  
 præcepta: & hac ratione omnes virtutes morales sunt vitæ actiue opera;  
 quamuis, quatenus ea disponunt ad contemplationem, pertineant aliquo  
 modo ad contemplatiuam. Opera tamen vitæ actiue (vt ait S. Grego-  
 rius) magis proprie tendunt ad vtilitatem proximorum; & hoc nomine  
 sunt duplicia eius opera insigniora: quædam exteriora, & merè corpora:

quaali

i Ezech. 11.

Homil. 5 in  
Ezechiel.2. 2. q. 181.  
a. 3 ad 4.2. 2. q. 181. a  
1. Eq. 180. a  
2. Homil. 14  
in Ezech.  
S. Bonau.  
Medit. vitæ  
Christi c. 43

qualia sunt infirmos visitare; peregrinos hospitio suscipere; cibum daturis esurientibus, &c. Alia sunt exteriora, sed Spiritualia; quia proficiunt ab interna plenitudine, quam adfert contemplatio, communicatio proximis hæc bona Spiritualia, prædicta scilicet ministeria docendi, concionandi, & gubernandi: quæ continent supremum gradum perfectionis. Nam licet Christus Dominus prætulerit Mariæ contemplationem operibus Marthæ, quæ occupabatur circa obsequium corporale ipsius Apostolorum eius; & ex hac parte omnes Sancti præferant vitam contemplatiuam actiuæ, vt fusè probat Angelicus Doctor: idem tamen in vltima vitæ actiuæ opera excellentiora esse ipsâ contemplatione solâ, quod includant in se contemplationem & amorem Dei; addant vti amorem proximorum in gradu Heroico: quos iuuant non solum in bono corporis, sed etiam animæ: ac præterea hic vitæ modus appellatur mixtus ex vtraque: quia coniungit contemplationem & actionem; amorem in gaudium Dei cum amore & occupatione erga proximum. Ideoque Christus Dominus noster elegit sibi hunc vitæ modum; & rationem tanquam perfectiorem; expendens (vt ait S. Isidorus) noctes in orando, & dies in edendis miraculis; vt suos discipulos doceret, coniunctionem duorum horum operum esse magis gloriosam, & vtilem: ac propterea voluit eam commendare pastori, quem suo loco relinquebat: cum ei dixit; *si amo me plus his: pascere oues meas.* qua sententia insinuauit: pascere oues Christi doctrina, prædicatione, & gubernatione, non solum esse actum amoris proximi, sed multo etiam magis amoris ipsius Christi, cuius intuitu fit estque certius testimonium maioris amoris, quam alia exercitia, quæ quique sui ipsius causâ facit. Nec sine causâ (ait S. Chrysostomus) non dixit Christus Dñs N. si diligis me plus his: ieiunia exerce, supra nudum humum dormi, vigila continenter, & alia similia fac: sed, his prætermisissis, quæ cedunt in propriam vtilitatem, ait illi: *pascere oues meas.* quam signum maioris amoris: eò quod tendat in vtilitatem aliorum. Et in rebus illis multi, inquit, querunt quod suum est: ac perfecta b *Charitas non querit quæ sua sunt.* Ac propterea monet, vt nemo satis sibi esse existimet, quod c *suum querat commodum*, nisi etiam querat *alterius*; & d *vnusquisque proximo suo placeat in bonum ad edificationem.* Et enim Christus sibi placuit, sed impropria sustinuit nostrorum peccatorum: vt nos ab eis liberaret. & S. Chrysostomus addit: quod etsi martirium sit opus ad eò heroicum ac præclarum: aliquando tamen erit magis gratum Deo illud discurrere, fugiendo occasionem illud subeundi, vt proximorum animabus commodum adferatur. Propterea enim dixit Apostolus, quod *quamuis desiderium haberet dissolui, & esse cum Christo: quia id sibi esset multo magis melius & iucundius; permanere autem in carne; vt fideles adiuuare, & ad*

Lucæ. 10. 41

1. 2. q. 182. a.

1.

q. 188. a. 6.

1.

2

S. Tb. 3p. q.

4. a. 1 ad 2.

lib. Differē-

tiarum c. 29

3

a. Ion. 21. 17.

Lib. 2 de Sa-

cra. &amp; Ho.

34 ad popul.

b. 1. Cor. 13.

5.

c. 6. 10. 24

d. Rom. 15. 2

Supra-

c. Phil. 1. 23

gravis profectum esse magis necessarium. Hoc enim (ait S. Chrysostomus) præcipuum est, esse cum Christo, ipsius voluntatem obire. Nihil verò tam est voluntas eius, quàm quòd proximo est vile. Et tunc omnes suas vires Caritas exerit, & ad supremum culmen ascendit: cum vitam exponit pro suis amicis; & offert se ad ipsum martyrium, vt eis beneficiat.

Quare cum Christus Dominus noster interrogabatur de præcepto Amoris, semper coniunxit amorem Proximi cù amore Dei: cupiens ne vquam separaret homo præcepta quæ Deus coniunxerat. Et interroganti cuidã legis Doctore: *quod esset mandatum magnum in Legi?* quãuis interrogationi satis fuisset respondere *dilectionem Dei ex toto corde &c. esse maximum mandatum*, adiecit tamen: *secundum esse simile illi: diliges proximum tuum sicut teipsum*: vt intelligeret Doct̃or ille: Doct̃ores merito debere in vitroque eminere vtrumque alios simul docere & interroganti legisperito: quemnam censere deberet proximum suum? respondit; adferens parabolam de homine incidente in latrones, & ab eis semivivo relicto, quem Sacerdos & Leuita præterierunt: *g Samaritanus autem iter faciens, misericordia motus, alligauit vulnera eius, & infudit oleum & vinum; duxitque in stabulum, & dans stabulario duos denarios iussit curam illius habere; promittens, se redditurum quodcumque, supererogaret.* Qua parabola indicauit: non solum ipsum proximum in necessitate constitutum; sed etiam opera, in quibus amor erga illum sit ostendendus. In curandis scilicet corporis eius vulneribus, & multò diligentius, animæ. Et, vt SS. Augustinus & Ambrosius dicunt: per Samaritanum voluit Christus Dominus significare seipsum: vt intelligeretur, nec Sacerdotes, nec Leuitas antiquos impleuisse præceptum dilectionis proximi: se autem venisse, vt illud impleret. Per stabularium autem intellexit Prælatos, ac Doctores Ecclesiæ: quos iubet curam gerere proximorum: quem in finem protulit duos denarios, qui (teste S. Augustino) significant duo præcepta, & actus Charitatis, quam Spiritus Sanctus tradidit Apostolis, vt prædicarent Euangelium: adiuuans illos duplici Spiritu, scientiisque ac virtutibus sufficientibus: vt docerent prædicarent, & gubernarent vtiliter. Addit præterea: *quodcumque supererogaueris, ego dum rediero, reddam tibi*, quod addidit, ne aut ipse negligeret implere, quod iubebat, sciens ipsum reuersurum vt videret, quomodo paruisset; nam qui se aded pium ostenderat erga miserum illum hominem: futurus erat senerus exactor in negligentem eius remedium: ex altera verò parte illum existimauit, vt ex seipso aliquid boni adderet ex consilio, operi ipsi præcepto: exhibens multam misericordiam in egenum. nam omnium, quæ supererogaret, accepturum copiosum præmium. Aduertit etiam Beda; Sanctum Lucam statim post parabolam narrare

4  
Matth. 22.  
6.

g Luc. 10. 33.

Serm. 37. d.  
verb. Dom.  
Tom. 10.  
Lib. 7. in  
Lucam.Lib. 1. 99.  
Euang. 9. 19  
Rom. 4.

c. 45. inc. 10



Christi Domini nostri ingressum in Bethaniam, ubi fuit h. *exceptus à Martha in domum suam, & Maria sedens secus pedes eius, audiebat verbum illius.* hoc exemplo confirmaret Charitatem erga proximum, quam verbo, & & parabola illa docuerat. Martha enim exercebat opera Charitatis corporalia, ministrans cibum ipsi Christo, & eius Discipulis; & ipsemet Christus exercebat spiritualia, pascens Mariam & reliquos Doctrina sua. Aliam etiam rationem valde efficacem insinuavit ipse Saluator cum Legis Doctori dixit: *in his duobus mandatis v. n. uersam legem pendere & Prophetas.* Lex enim ea posuit in duabus tabulis; & prophetæ sese impenderunt in eis seruandis, ac prædicandis: accipientes Prophetæ lucem: ut cum feruore legem docerent populum. Et ipsemet Moyses ascendens in montem, & manens in altissima cum Deo contemplatione, accepit legem ab eo in duabus tabulis, quas in manu portans descendit, ut omnibus legem promulgaret, eiusque obseruationem persuaderet. Hoc exemplo Innocentius Tertius cuidam Episcopo cupienti renuntiare Episcopatu, persuasit, ne id faceret, dicens: simul & contemplatiuus esse uales, & actiuus exemplo Legislatoris, qui nunc ascendebat in montem, ut Dei gloriam maiori cerneret cum libertate; nunc uero descendebat in castra: ut cum utilitate maiori, necessitatibus populi prouideret. Idem fecerunt Elias, & Eliseus, & reliqui Prophetæ. Et cum ipse Christus Dominus nollet *ascendere in montem Thabor, ad orandum, ubi transfiguratus est cum ingenti gloria, uenerunt ad eum Moyses & Elias, qui etiam nouerunt vitam contemplatiuam cum actiua coniungere, qui in altissima contemplatione constituti, loquentes cum Iesu. I. dicebant excessum eius, quem complectur erat in Ierusalem.* Vt ex hoc intelligamus: non esse plenum excessum eum, qui in contemplatione percipitur ex actibus analogicis amoris Dei, quibus contemplans rapitur extra se, & in suam Creatorem transformatur: nisi quia hic ipse excessus solet ad alium impellere, à quo ipse percipitur: efficiens, ut contemplatiuus descendat à monte contemplationis ad agendum cum hominibus, & extendendum à se: ut animabus bene faciat, vitamque suam pro eis exponat. Et hoc est magnum indicium excellentiæ securi huius excessus; quod primus hominem excitet ad eum, procurandum etiam interrompendo voluptatem & oblectationem, quæ in ipso percipitur. Quod suauissimis hisce uerbis Sanctus Bernardus explicauit: Hoc uera & alta contemplatio habet, ut meretur, quæ non diuino igne uelenter succenderit, tanto interdum repleat zelo & desiderio acquirendi Deo: qui eum similiter diligant; ut otium contemplationis pro studio prædicationis libentissimè intermittat; & rursus posita uotis aliquatenus in hac parte, tanto ardentius redeat in ipsam; quanto se fructuosius intermisisse meminerit; & item sumpto contemplationis gustu ualentius ad con-

quirenda

f  
Math  
22.40.

si Nisi cum  
pridem de  
Remunt.

6  
6  
6  
k Mart. 17.

Luc. 9. at.

6  
Serm. 57. in  
Cantita. ad  
finem.

6  
6  
6

quirenda lucra, solita alacritate recurat. Et hoc modo iustus feruens est in continuo motu, sicut in *Angeli Dei ascendentes per scalam à terra ad caelum, ubi Dominus erat inmixtus scale; & descendentes à caelo ad terram, ubi iacebat Iacob: nunc divina Mysteria contemplantes, nunc proximorum modis attendentes.* Et quâvis Christi Sponsa, anima scilicet perfecta, exultet, quod eius dilectus ipsam non introducat in cellaria sua, *Et in cellam vinariam, & prohibeat ipsam à quieto somno contemplationis, quoad usque ipsa velit, ipsa tamen vult opportuno tempore excitari, & tunc inuitat sponsum dicens: p veni dilecto mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Mane surgamus ad vineas, videamus, si fructum vinea, si flores fructus paraverunt si floruerunt mala punica.* Cupit enim occupari in conuertendis infidelibus, reformatis Christianis, & instruendis & ad maiorem feruorem excitandis iustis. Cuius rei rationem reddit S. Thomas dicens: verum amicum potius debere querere commodum & honorem amici sui, quàm delectari tantùm in eius aspectu & praesentia. Quare perfecta charitas libenter interdum relinquit Deum propter ipsum Deum; deserens contemplationis recollectæ delectationem, ut querat maiorem Dei gloriam in procuranda salute animarum. Huc etiam accedit: quod vicissitudo virtusque huius vitæ, Actiuae, & Contemplatiuae, oriatur ex nostra imbecillitate; sentimus enim magnam difficultatem, cum volumus Liæ fecunditatem cum Rachelis pulchritudine coniungere: eò quod vita actiua, etsi sit fecunda, & plures habeat proles: non est tamen elegans, sicut Rachel; sed *stippis oculis, sicut Lia; contemplatiua autem vita, quamuis sit elegans & iucunda, non est tamen fecunda sicut Lia; sed sterilis, sicut Rachel.* Christus autem Dominus noster in Evangelica lege, per gratiæ suæ abundantiam nouit hanc coniunctionem ita facere: ut in vno simul splendeat virtusque vitæ excellentia. Propterea enim (ait SANCTVS GREGORIUS) CHRISTVM Dominum nostrum vocari lapidem angularem, *qui fecit utraque unum, duos scilicet populos coniungens; docens Dei amorem cum proximi amore coniungere; opera vitæ contemplatiuae cum actiuae; & fecunditatem cum pulchritudine: quemadmodum fecit in Apostolis & Evangelistis, & in reliquis Prædicatoribus eorum successoribus; de quibus dixit Isaias: Iquam pulchri sunt montes & pedes annuntiantis in eis; & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis salutem. Qui autem isti sunt pedes, nisi duo affectus amoris Dei & proximi; & gressus ipsorum prædicantium ad contemplationem & prædicationem ascendunt enim montem ad contemplandum; descendunt verò ad planitiem, ad prædicandum. Nec sine causa laudat pulchritudinem pedum; non verò faciei, oris, aut manuum: ex his enim affectibus & gressibus prouenit pulchritudo in reliquis actionibus.*

m Genes. 28.12.

n Cant. 1.4  
08.4.7.

p 6.7.11.

ln 3. Dis. 31 q. 1. a. 4. q. 2.

7

q Gen. 29.17.

Lib. 28. Moral. c. 6. ad finem. 11. Pe 1. 2.

1. a. 53. 15 Rom. 10. 15

e Cons. 7. 1

ibi.

8

u Iudic. 3. 15

De vita salutaris, seu ad Fratres de monte Dei. paulo post principiu.

»  
»  
»

Quare Sponsus volens laudare Sponsam iam perfectam, incipit à laude pedum dicens: *quam pulchri sunt gressus tui, filia Principis, in calcamentis quibus pedes tuos tegis!* Quæ (teste S. Gregorio) significant exemplum Sanctorum, qui vitam exposuerunt ob Dei, & proximi amorem: qui anhelat, & spiritum resumit ad gressus suos continuandos.

Hoc ipsum confirmatur etiam ex eo, quod imbecillis censetur homo, qui frequentissimè manu dextrâ, sinistrâ rarissimè utitur. Nam valde strenui & exercitati esse solent, sicut insignis ille vir u *Aod*, qui saluauit Israel, *qui utraque manu pro dextera utebatur*: quia utraque erat ei dextera. Ita etiam censetur imbecillis homo, qui se alicui tantum actionum generi accommodat, & applicat. Aliqui solum habent dexteritatem in rebus orationis & contemplationis: quas habent tanquam manum suam dexteram; habent verò paruam industriam, & vires in operibus & actionibus erga proximos; quas habent, tanquam manum sinistram. Alij contra maiorem in secundis habent dexteritatem, in primis verò multò minorem. Alij verò (ait S. Bernardus) his omnibus sunt superiores, utramque manum habentes dexteram, ita ut in utraque vita sint eminentes. Quare loquens ad monachos solitarios, hæc eis dicit: Longè supra vos virtutem eorum suspicientes, & admirantes gloriam, qui ambi dextri fortissimi sicut *Aod*, & quamdiu licet, deuotissimè intus vacare amant, Charitati contemplandæ veritatis; & cum necessitas vocat, vel officium trahit, promptissimè se foras mutant, non dant, pro veritate ad implendâ Charitatis.

CAPVT III.

AMPLIUS DECLARATVR EXCELLENTIA OPERARIORVM Euangelicorum, eorumq; dotes ac talenta ad sua ministeria rectè obtinenda.

e. 3. de Ecles. Hier. ar.



Rogredientibus in proximi capitis argumento tantam excellentiam operariorum Euangelicorum, eorumque ministeriorum quibus animarum messiem colligunt, proponit. Sanctus Dionysius [Areopagita], ut assignet eis primum locum in rebus Diuinis, quas Creatura participat, cum summa similitudine operum diuinitatis. *Omnium (inquit) diuinitus, & eloquia sunt, Dei cooperatore fieri, & ostendere Diuinam in se, se aliorum secundum quod possibile est, relucentem.*

Collat. 19. c. 9.

Et Commentator eius Dionysius Carthusianus ait: omnium Diuinitus Diuinitissimum esse cooperari Deo in conuersione errantium, & reductione peccatorum ad ipsum. Quod præcipue fit ministeriis prædictis oris à perfecta charitate, & vnione cum Deo, & zelo gloriæ eius: cuius excellentias postea explicabimus. Quomuis autem (ut ait Cassianus) rara sit perfectio, & paucorum, agendo cum proximis seruare illam quietem



quæ inuenitur in solitudine: defectus tamen huius quietis sufficienter recompenſatur ingenti lucro, & excellenti Charitate, quæ in huiusmodi opere exercetur. Et ipſe Dominus, qui illius quietis eſt author, nouit efficiere homines in terra ſimiles Angelis cuſtodibus, qui abſque iactura contemplationis, claræque Dei viſionis attendunt ad eorum cuſtodiam; quod faciebat S. Raphael erga Tobiam; eum in modum quo dicebat Apoſtolus: *a ſiue mente excedimus, Deo: ſiue ſobrii ſumus vobis. Charitas Chriſti regnet in uos.* Quod S. Thomas explicans, ait, ſenſum eſſe: ſi eleuamur ad exceſſum contemplationis, vt eum Deo vniamur; & ſi ab hoc exceſſu deſcendimus, vt poſſimus cum hominibus agere, totum id in veſtram cedit utilitatem: charitas enim CHRISTI ad id nos impellit: illa enim & nos erigit ad illum exceſſum; & ab eo nos deducit: vt bono proximi proſpiciamus. Hac via progreſſi ſunt multi inſignes Sancti; qui hunc vitæ modum & amplexi ſunt, & tanquam perfectiorem alios docuerunt. Et S. Auguſtinus vehementer eum commendat, dicens: extribus viuendi modis, quos ipſe vocat: *otioſum actiuoſum, & ex utroque compoſitum*: quamuis cuique ſit liberum, quem maluerit, eligere in ſalutem: *non ſic tamen (inquit) quiſquam debet eſſe otioſus vt in eodem otio utilitatem non cogitet proximi; nec ſic actiuoſus, vt contemplationem non requirat Dei*: ita vt in otio contemplationis quærat veritatem Dei vt ex ea proficiat; eamque proximo abſque inuidia communiceet; & in negotio ſiue exercitio occupationis non quærat honorem, aut poteſtatem, ac dignitatem; ſed ipſius operis bonitatem; vt per eam bene proximo faciat. Propterea enim dixit Apoſtolus: *qui Episcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat*: ſignificare enim voluit Episcopatum nomen eſſe operis, non honoris; laboris & oneris, non otij. Hoc SANCTVS AVGVSTINVS, quod ipſe præclare in praxim deduxit. Et S. Gregorius Nazianzenus de Sancto Baſilio ait, quod coniunxerit, bonum vtriuſque vitæ, *vt nec contemplanatio communicationis expeſſet: nec actio contemplatione careret.*

Quemadmodum enim Deus coniunxit duo hæc elementa, terram & aquam; & alterum alteri ſua comoda mutuò communicat: ita voluit vtramque hanc vitam ſimul in aliquibus inueniri, & alteram alterâ foueri. Et idem Nazianzenus refert; Hieronem Philoſophum Chriſtianum, vitam Eremiticam deſeruiſſe: vt accederet ad proximos iuuandos. Nam (vt Plato aiebat) *non tantum nobis ipſis nati ſumus, ſed etiam partem ſuam in nobis habere debent patria, cognati & amici.* Id quod multò erit verius ac certius inter Chriſtianos: quando facultas aedeſt, & Spiritus mutuò ſeipſos iuuandi. De Sancto quoque Athanaſio refert idem Gregorius: quòd ſic hæc duo, hoc eſt tranquillam actionem, & actiuoſam tranquillitatem ſociavit: vt perſuaſum omnibus redderet monaſtica vitæ profeſſionem,

2. Corin.  
5. 13.

Ibi.

Lib. 9. de ci.  
uit. c. 19.

1. Tim. 3. 4.

Orat. 20. de  
S. Baſilio.Oratio in  
eius laudē  
apud Cicer.  
15. Officio.Orat. 21. de  
S. Athanaſio.

Collat. 29.

c. 9.

32

morum potius grauitate & constantia, quam corporis secessione expectari, atque insigniri. Idem ait Cassianus de duobus Macharijs, & alijs Patribus Eremitis: quorum sanctitas non minori fuit admirationi, cum certis temporibus agerent cum plurimis, qui eos accedebant: quam esset in recollectione, quam suis etiam temporibus seruabant. Et quid dicimus de stupendis, quæ in vtraque vita eluxerunt in gloriose Patriarchis Religionum, SS. Benedicto, Bernardo, Fracisco, Dominico, & P. N. S. Ignatio. Quorū omniū hic fuit Spiritus, vt ipsorum filij in hoc imitaretur Angelos Custodes; vt scilicet præcellerent in conuua oratione & familiaritate cum Deo; & simul in ministerijs destinatis ad bonum proximorum. In dicere licet omnes hos Sanctos fuisse quasi Seraphinos, de quibus dicitur

*e Isais 6.3.*  
 Isaias, quod licet essent in conspectu Dei cantantes eius laudes, ac dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus: vnus tamen de Seraphin volauit, & cor suum tetigit os & labia ipsius Isaias, vt mundarentur à pollutione, de qua ipse conuerebatur, vt postea videbimus. Hinc deducere licet, quæ partes sine dote esse debeant in ministris & operarijs Euangelicis, quorum munus est docere & ardere. Nam vt luceant, debent esse sicut Cherubini, ob scientiæ plenitudinem, qua alios docent ea, quæ eos scire expedit: vt ardeant, debent esse sicut Seraphini, ob inflammatum Dei & proximi amorem. Sed quemadmodum Seraphini cælestes, etsi sapientiores sint Cherubini, non tamen accipiunt suam denominationem à plenitudine scientiæ, sed à ardore Charitatis; & cum cantabant laudes Dei, non dicebant: Sapiens, Sapiens; sed, Sanctus, Sanctus, Sanctus: pluris facientes sanctitatem, quam scientiam: ita operarij Euangelici gloriari potius debent quòd ardeant amore Dei: quam quòd multa polleant scientiâ; & potius contendere debent, proximos facere Sanctos, quam sapientes; dirigentes scilicet sapientiam, quam infundunt, ad communicandam sanctitatem & charitatem. Quod vt præsent, oportet eos habere sicut dicitur *e Isais 6.3.* Seraphinis, quos Isaias vidit, sex alas, ita dispositas, vt tres habeant ad vtrumque latus, quæ sex alas sunt quasi sex genera operum, quæ diximus: tria vite contemplatiuæ, & tria actiuæ: & in singulis valde sint dextri ac perfecti: quia debent esse aliorum Magistri. Magistri autem vt ait Apostolus *e Heb. 5.14.* habere debent sensus pro consuetudine exercitatos ad discretionem boni ac mali.

Hoc autem consequentur actionibus vite contemplatiuæ. Lectione scilicet, Oratione, Meditatione, & Contemplatione. Et quòd amplius in his profecerint: ed erunt aptiores ad sua ministeria: vt apparebit ex his, quæ de ipsis actionibus inferius dicemus. Debent etiam excellere in tribus alijs vite actiuæ actionibus, postquam se diu exercuerint in virtutibus moralibus, (vt mores habeant exutos valde & auulsos ab actionibus vitiosis; & passiones suas bene mortificatas; & carnem bene confectam

*e Isais 6.3.*

*e Heb. 5.14.*

*e Heb. 5.14.*

& spiritui subiectam) & in operibus misericordiae corporalibus: hæc enim valde disponunt ad Spiritualia. Cum videamus, supremum Magistrum dignatum fuisse per seipsum lavare pedes Apostolorum; & subversisse temporalibus etiam indigentiam necessitatibus; & sic aperuisse viam, ut ipsius doctrinam reciperent. Adhuc tamen magis speciatim attendere debent Spiritualibus ministerijs, quæ sunt officiorum suorum propria; docendo, exhortando, prædicando corripiendo, & gubernando animas, ut serid Deo seruiant. Sex hæc alis extollent se in altum, ut cum Deo agant; ac descendant inferiùs ut cum hominibus conuersentur: alie enim alias iuuant quemadmodum auium alæ. Eadem sex alæ significantur etiam per eas, quas habebant mystica *animalia* quæ vidit S. Ioannes, quæ (ut superiùs diximus) figuræ erant Evangelistarum, & Prædicatorum Evangelicorum, qui eisdem virtutibus ornati esse debent. Nec vacat mysterio cum hæc animalia dicantur habuisse sex alas; & quæ Ezechiel vidit, tantum quatuor. Operarij enim Evangelicæ Legis plurimum excedunt operarios antiquæ in sanctitate, scientia & prudentia; quam excellentiam indicat Sanctus Ioannes, cum de his animalibus dicit, quod essent plena oculis *anteretro, intus, & in circumitu*; ut hi operarij intelligant, quantum excellere debeant in actibus scientiæ & prudentiæ. quæ significatur hac multitudine oclorum, quibus vident & agnoscunt omnia Divina mysteria; & quæcunque ad sua officia & ministeria pertinent. Oculi, qui sunt retro, sunt scientia & cognitio mysteriorum præteritorum, quæ antiqui & noui testamenti Scripturæ referunt. Oculi anteriores suat scientia, & cognitio prophetiarum, & rerum futurarum; & quæ promittuntur in præmium, aut terrent in pœnam. Oculi interiores sunt scientia, & cognitio rerum occultarum, & profundarum Dei: quæ ipse in hominum cordibus operatur. Sed quoniam non sufficit speculatio harum veritarum scientia, debent etiam habere oculos prudentiæ in omnes partes: ut intelligant, quid in officijs suis præstare debeant; & nominatim quatuor illas præcipuas huius virtutis partes; ut sci. memoriam habeant rerum præteritarum; prouidentiam futurarum; intelligentiam præsentium; & circumspectionem ad bene assequenda, & omni ex parte penetranda negotia. Quorum officia exposita fuerunt in secundo Tomo.

Cum enim esse debeant **MAGISTRI** ac **DUCES** animarum earumque protectores in certaminibus, quæ sustinent à Dæmonibus: necesse est, bene instructos esse experientia rerum præteritarum: ut præuenire ac prudenter evitare possint futuras; & lyaceos oculos habere ut possint interna penetrare & internis oculis, quibus seiplos agnoscunt videre etiam quid interius apud alios geratur: ac propterea in Scriptura Sacra appellantur hæc *Spechatores*, quasi in

Abec. 4. 2.

Ezech. 1. 11.

Tract. 4. 2.

h. Iere 6. 17  
Ezech. 3. 17

loco

loco eminenti constituti, ex quo tum quæ in cælo, tum quæ in terra  
melius perspiciuntur; & quasi in speculo Fidei aspicientes, quæ illa propo-  
nit: quæ propterea magna cum certitudine & claritate, quæ simul cum Fi-  
de esse potest, aliis proponunt; iuxta illud Apostoli. *nos reuelata facie glori-  
am Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, à claritate in  
claritatem*: quasi dixerit: nos gloriam Dei non velo tectam, vt Moyses, con-  
templamur, sed aperta facie, transformantes nos ipsos per cognitionem &  
amorem in eas veritates, quas credimus; transeuntes ab vna in alteram  
claritatem, proficientes in claritate scientiæ & sanctitatis.

Hæ sunt summæ dotes & facultates virtutes ac scientiæ; sanctitatis  
& sapientiæ: quibus ornati esse debent, obituri quatuor prædicta mi-  
nisteria: quæ tamen adhuc magis in particulari explicabuntur, cum agatur  
de iis, quæ ad singula ministeria spectant.

## CAPVT IV.

DEI VOCATIONEM ESSE NECESSARIAM AD  
prædicta ministeria, animas iuuandi, recte exercenda.



UNIA PECCATORES CONVERTENDI, ET  
MAGIS DEO lucrandi aded sunt excelsa; vt nemo præ-  
sumere debeat sola sua voluntate, & arbitrato ad ea ac-  
cedere, modò velit operam suam aliis esse vilem, & libere  
nocere. Nam (vt ait Apostolus) *aneque qui plantat, et  
aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.*  
Quare expedit, neminem se ad plantandum, aut rigan-  
dum intrudere, nisi voluntate & electione Domini, dantis interius  
mentum, gratiam, & auxilium: vt prædicationis doctrinæque irriga-  
nem proferat. In cuius rei signum Saluator dixit suis Apostolis: *non  
me elegistis, sed ego elegi vos; & posui vos, vt estis per mundum, & fructus  
adferatis, & fructus vester maneat, in conuertendis animabus, quæ in  
mundo*

DEINDE ad dominum messis spectat teligere messores, qui eam tra-  
tant; & ad dominum vineæ, vocare operarios, qui eam colant: nec vlla  
propria sua voluntate agrum ingreditur, vt metat alienam messem; aut  
alterius vineam colat. Cùm igitur Deus Dominus noster sit Dominus mes-  
sis suæ, & vineæ Ecclesiæ suæ; ipsius est operarios vocare, qui subeant huius  
labores. Propterea suis Apostolis dixit: *c messis quidem multa, operari-  
um pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam.* Nihil  
enim ipse eos vocet, ac mittat; nullus erit operarius, qui in ea messe dig-  
neretur. Ipse enim dixit in huius mundi forum, *primo mane, hora tertia,  
sexta, nona, & undecima, hoc est in omnibus ætatibus, & seculis præter-  
itis, in lege naturali, & Scripta; & vltimò etiam in Euangelica, condant  
operarios in vineam suam, hoc est Ecclesiam; qui recentes asferant palmas*

2. Cor. 3.  
8.2. Corin.  
1. 7.1. Ioan. 15.  
16.c. Matt. 9. 37  
Luc. 10. 2.

d. Matt. 20.

eadem plantandos, aut fodiant, purent, aut alias iam plantatis benefa-  
 ciant; & omnibus promittit denarium diurnum; quem suo tempore ple-  
 nissimè reddet.

**SIMILITER**, qui magnam aliquam domum ædificat, in qua multi pos-  
 sunt habitare; aut insigne instituit conuiuium, in quo multitudinem sua-  
 rum diuitiarum, & humanitatem suam erga omnes inuitatos ostendat: ei  
 inquam, tanquam Domino, tantique operis auctori incumbit, nuntios  
 mittere, qui vocent habitaturos domum illam, aut conuiuio illi asselluros:  
 nam ab'que eius voluntate nullus audebit tale munus sibi usurpare. Et  
 ita Salomon dixit: e *Sapientiam, cum edificasset sibi domum & proposuisset*  
*mensam suam valde copiosè instructam misit ancillas suas, ut vocarent*  
*ad arcam;* hoc est misisse Euangelicos Prædicatores, qui inuitarent homines  
 ad habitandum in arce Ecclesiæ suæ; & ad spirituales cibos, qui in ea sunt  
 parati. Quemadmodum autem infideles non possunt in eam arcam ingre-  
 di, nisi vocati ita ancillæ siue Prædicatores, nisi mittantur, non poterunt  
 eos vocare & inuitare. Ac propterea dixit Apostolus: f *Quomodo audient*  
*sine predicante? Quomodo vero predicabunt, nisi mittantur?* Doctores enim &  
 Prædicatores sunt quasi legati, & Oratores à Christo Domino nostro mis-  
 sicius nomine (vt ait Apostolus) g *legatione funguntur*: qua bonum  
 Euangelij nuntium prædicant. Constat autem, ad Regem spectare Lega-  
 tos & oratores mittere; contra cuius voluntatem nullus audebit tale  
 munus obire. Diceret enim eis Dominus: h *falso Prpheta vaticinantur in*  
*nomine meo: non misi eos, & non precepi eis, neque locutus sum ad eos, quæ dicturi*  
*essent populo meo tanquam Prophetæ & legati à me missi.* Et ita dixit  
 Ezecheli: i *Fili hominis, speculatorem dedi re domus Israel: & audies de ore meo*  
*verbum, & annuntiabis eis ex me,* tanquam legationem & nuntium, quem  
 tibi commisi eis adferendum.

**QVOD** aded verum est, vt ipsemet Christus Dominus noster, quâ ho-  
 mo, gloriatur, quod hoc munus obeat tanquam Patris sui Legatus, missus  
 ad bonum hunc nuntium adferendum. Ita enim per Isalam dixit: k *spiritus*  
*Domini super me, eò quod unxerit Dominus me, euangelizare pauperibus mi-*  
*ssi me, prædicare captiuis remissionem &c:* Et de eius præcuratore dicit Euan-  
 gelista, quod l *fuerit homo missus à Deo, ut testimonium perhiberet de lumine:*  
 hoc est de Christo. Qui etiam mittebat Apostolos ac Discipulos suos ad  
 loca, quæ ipsi videbantur. Et ipse est qui aperit aut claudit portas prædi-  
 cationis; designans, vt in tali loco prædicetur, & non in alio; aut cum  
 maiori aut minori fructu: vt postea videbimus. Vt omnes Christi Disci-  
 puli intelligant non debere se operatorum aut Legatorum Christi munus  
 aggredi: nisi priùs conscij fiant voluntatis Diuinæ, ex aliquibus signis,  
 quibus eos vocauerit; & ad huiusmodi ministeria elegerit.

3

Prædic. 5. 1.

Rom. 10.

14.

2. Corin. 5.

20. Ephes. 6.

20.

h Jerem. 14.

14.

i Ezech. 3. 17

Et c. 33. 7.

4

k Isai. 6. 1.

Luce. 3. 18.

Ioan. 1. 6.

P P

AD



AD cuius rei maiorem explicationem est aduertendum, duplicem esse vocationem; alteram interiorē, quam Deus facit per seipsum inspirationibus & illustrationibus Spiritus Sancti; alteram exteriorē, per alios scilicet homines. Et ipsa interior etiam est duplex: generalis, & specialis. *Generalis* est vehemens quaedam inspiratio, quæ magnam infert sollicitudinem ac vehementia desideria iuuandi salutem animarum, feruenti quodam zelo impediendi vitia, & promouendi virtutes. Non tamen desecendit in particulari ad officia & media, quæ sunt adhibenda. *Specialis* vero est quoque vehemens inspiratio, inclinans & impellens vnumquemque ad officia & ministeria, capacitati & qualitati propriæ accommodata; ut magno affectu ea procuret, aut oblata acceptet in eum finem. Non enim omnibus eadem suggerit media; nam idiotis siue ignavis, infirmis, & fuerunt quando hoc inspirat desiderium adiuuandi proximos; solum inspirat media, omnibus iustis in quocumque sunt statu proportionata. Quæ, testis Bernardo, sunt orare pro conuersione peccatorum, & pro iis qui in munus incumbunt; applicare pro eis suas penitentias; omnibus esse bono exemplo; colloquia inire de Deo; bona præbere consilia, & correptiones opportunè adhibere; & reliqua quæ inter duos bonos socios locum habere possunt. Il enim (ut S. Gregorius ait) opportunè se mutuo imitant ad actiones virtutum; ac denique, quod secundo Tomo diximus, incumbunt Patribus familias, ut in suis domibus faciant.

ALIIIS vero inspirat Dominus noster ipsa ministeria, ad hoc præstantum instituta: præuenit enim eos ab infantia, dans eis propensionem ad scientias acquirendas, & opera apta exercenda. Et suo tempore inducit eos ad munus Magistrorum, aut Concionatorum, aut Confessorum, aut Iudicum, & alia similia; inspirans eis tales impulsus & inspirationes, quæ sunt quasi internæ vocationes, & indicia: quod eos eligit ad huiusmodi officia. Quamuis sit obseruandum: quod cum aliqua ex his officia annexam habeat authoritatem, honorem aut commoditatem siue lucrum, cum periculo vanitatis, & iactantiæ: sæpè iusti ex impulsu boni spiritus ea fugiant; sicut verè refugiant dignitates & prælaturas, donec Dominus noster distinctiùs suam eis voluntatem aperiat: ut in ultimo Tractatu, qui est de Prælati, dicitur. In quo dicitur vniuersim quid ad honorata officia obeunda pertineat.

SED, ut ab huiusmodi dubitatione, & animi suspensione quis le expediat, multum iuuat externa vocatio, quæ fit per alios homines, quibus incumbit electio Personarum ad huiusmodi ministeria; aut eorum distributio inter eas facienda. Quemadmodum faciunt Prælati Religionum, & qui definitores vocantur, ad electiones faciendas constituti. Quare eorum electiones censendæ sunt vocationes Dei: si tamen, qui eligendus est, non est

Serm. 3. de  
Aduentu.

Homil. 6. in  
Euangelia  
Tract. 3. c. 9.

ambitiosè quarat, aut aliquo artificio obtinere nitatur, quòd à perfectione degeneret, quam proficetur. Si autem de sua sufficientia dubitaret, potest Prælatorum & electorum, qui ipsum benè nouerunt, & vt acceptet statuerint, iudicio suum subiicere. Idem enim hoc est, atque si ipse Dominus nosset iuberet: quemadmodum euenit S. Thomæ, valde anxio, cò quòd Prælati iubebant Magisterij gradum suscipere, cuius ipse indignum se iudicabat. Dormienti enim visio quædam apparuit, quæ iussit gradum acceptare, & sperare in Deum, quòd esset auxiliium ei præstiturus: quare etiam thema & argumentum suæ Repetitionis assignauit ei sententiam illam Psalmistæ: *rogans montes de superioribus suis.*

m Psal. 103.

DE NIQVE, vt quis Diuinam voluntatem distinctiùs cognoscat, tutiusque amplectatur: documenta illa sequi debet quæ in primo Tract. secundi Tomi fuerunt proposita: quæ maximè spectant ad electionem horum officiorum spiritualium, soletque Dominus voluntatem suam manifestare gratis gratis datis, quas ad ea amplectenda communicat. Cùm enim gratiæ illæ ad aliorum vilitatem dirigantur, nec velit Deus talenta sua sepeliri, aut otiosa esse; sed bonæ negotiationi exposita: cum ipse has gratias largitur, satis apertè significat: se eum ad illud officium eligere, in quod illæ diriguntur: concurrentibus etiam cæteris circumstantiis, quæ fuerunt ibi propositæ.

Cap. 5. &amp; 6.

## CAPVT V.

## DEVM DOMINVM NOSTRVM AD HÆC MINISTERIA

*non vocare ignaros, nec vitios deditos, nec in virtute Tyrones;  
sed eos, qui in ea profecerunt, aut iam  
sunt perfecti.*



FUNDAMENTIS IN PRÆCEDENTIBVS CAPITIBVS iactis innitetur doctrina de iis personis, quibus Diuina vocatio & electio ad hæc ministeria communicatur, aut denegatur. Incipiemus autem ab iis, qui per eam excluduntur: quæ minimum sunt duo genera personarum, ignorantium scilicet siue idiotarum, & imprudentum: qui neque scientiam & prudentiam ad ea necessariam habent; nec aptitudinem, vt ad eam perueniant. Et quamuis magnâ sint scientia præditi, etiam reiciuntur, qui sunt in suis vitiis & passionibus effrænes, huiusque peccatis valde addicti. Non inficiamur tamen improbos ministros administrare vera Sacramenta, & sufficientem habere auctoritatem ad docendum, & gubernandum; ac proinde eis esse parendum iuxta dictum illud Saluatoris: *a super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisei. Omnia ergo quacumque dixerint vobis, seruate & facite: secundum opera vero eorum nolite facere.*

a Mat. 23. 2.

ET boni Migistri à Deo vocati ad huiusmodi officia, si postea pervertantur non amittunt auctoritatem & potestatem, quam prius acceperunt.

Id tamen dicimus; Christum D. N. de Lege ordinaria, non eligere, neque specialibus suis inspirationibus vocare indignos talibus officiis: eò quòd cæci sint & privati utroque oculo scientiæ, ac prudentiæ; aut multitudine suorum peccatorum, ac passionum sint leprosi. Quod si qui tales fuerint, aut accipiunt huiusmodi officia & dignitates: id faciunt proprio spiritu superbo, ambitioso, aut cupido; inducti à Spiritu Dæmonis in proprium, & infelicium, qui illis commissi erunt, detrimentum: dicitur alterum illud eiusdem Saluatoris de Phariseis dictum: *b Omnis plantatus quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadent.*

b Matth.  
5. 13.

Quasi id dixerit: hypocritæ isti ac duplices homines non sunt plantæ, quas Pater meus in his officiis plantauerit; sed ipsimet se in eis plantauerunt, aut à Dæmone fuerunt impositi, utente ad id illorum avaritiæ & ambitione, qua sunt excæcati: & nihilominus esse volunt Dives & M A G I S T R I aliorum, æquè cæcorum, atque ipsi sunt. Cæcietatem

el/ai. 56. 10.

Magistri excæcant Discipulos, ut ipsos sequantur; & mutuo sese corrumpan, ac pereant. c *Speculatores, tui* (ait Isaias) *cæci omnes, nescient uniuersi*, quid facerent. Quid autem sperari potest à sequentibus eos, nisi ut impingant & aberrent sicut illi? sunt enim Legati & Nuntij infideles, qui cælestis Regis auctoritatem & opinionem imminuunt; & in carulis

el/ai. 52. 5.

sunt, cur d *eius nomen inter gentes blasphemetur*; eò quòd cum tali officio vitam coniungant adeo peruersam: qua dant occasionem dicendi: qualis est nuntius, talem esse regem, qui illum misit; & potius vocari possunt legati & nuntij Sathanæ, quod ad mores attinet. De quibus explicat S. Gregorius prophetiam illam Isaiæ dicentis: *e va terra Cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopia, qui misit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas*

el/ai. 18. 1.

ET quænam illa est terra, (ait S. Gregorius) nisi terra peccatorum, qui Aethiopum instar denigrati sunt atramento plurimorum suorum peccatorum: quorum caput est Dæmon, & Antichristus? qui vocatur *Cymbalum alarum*; quia præ nimia superbia volare, & in sublime ascendere nititur, cuius oēs sermones & colloquia sunt quasi sonus campanæ vacuæ, & inanis: nihil proponens aut explicans, quod vtile sit. Hic inquam suos mittit legatos, & Prædicatores per mare huius mundi in vasis papyri, hoc est ornatos paucis aliquibus humanioribus literis, scientiisque secularibus: nam ex papyro, ait, charta est: quid itaque per papyrus, nisi secularis scientia designatur? Quæ nullam habet solidam sapientiam, nec virtutem, aut efficacitatem ad trahenda post se carnalium hominum corda.

Lib 3. mo.  
pal. 6. 5.

Huius

Huius generis (ait S. Hieronymus) esse hæretarchas, quorum habitatio est trans flumina Æthiopiæ: sunt enim peiores cæteris peccatoribus; mittentes in mundum suos legatos, discipulos scilicet suos, falsosque Prædicatores; qui promulgent ac disseminent errores & fraudes ipsorum: Qui tamen nauigant in vasis siue nauiculis papyraceis super aquas frigidas: vti statim appareat, totam eorum doctrinam friuolam esse, breuique perituram: sicut ipsa papyrus, cum in aqua manet. Eiusdem generis censentur etiam Magistri, & Prædicatores hypocritæ ac ficti: qui suis officijs negotiantur lucra, & honores: & quamuis videantur naues ingentes preciosis valde mercibus oneratae: id tamen totum sistit in externo apparatu & sonitu verborum: & propterea alia versio illa appellat *umbram alarum*: nullas enim veras habent alas scientiarum, & virtutum, sed earum tantum umbram. Ad hoc denique genus pertinent omnes illi, qui non habentes doctres & qualitates Charitatis & Sanctitatis, quæ his ministeriis dant vitam: usurpant sibi officium legatorum & Prædicatorum Christi, de quibus dixit Apostolus. *si linguis hominum loquar & Angelorum, Charitatem autem non habeam facilius sum velus es sonans, aut cymbalum tinniens Et si habuero Prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, Charitatem autem non habuero, nihil sum: hæc enim omnia quasi tinnitus sunt campanæ, alarum umbra, & nauicula chartacea, quæ nec solida est, neque durare potest Quare Deus neque eligit, neq; mittit similes legatos & operarios: quos potius asperè ac seneiè reprehendit (vt refert David) g dicès peccator: *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu vero odisti disciplinam, & protulisti sermones meos retrorsum. Si videris furem, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit malitiâ, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandala: hæc fecisti, & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam, ostendens tibi, quis sis: vt agnoscas te ipsum, cum te ob scelera tua condemnabo. Hæc sunt improborum ministrorum proprietates, propter quas non sunt vocati à Deo ad huiusmodi ministeria obeunda, quibus omnino sunt indigni: quia improba luâ vitâ corrumpunt quicquid bonâ doctrinâ docent. Ac propterea S. Gregorius ait: huiusmodi ministros esse similes illi h *meretrici*, quæ in infantulum suum in die lacte suo lactabat; dormiens autem in nocte oppressit eum ita, ait, hi lacte prædicationis nutriunt audientes: Iohanno tamen vitæ suæ turpis, ociosæ, ac deliciosæ illos scandalizant & opprimunt. Et eò vsque eorum ambitio progreditur, vt quemadmodum meretrici illa tulit filium veræ matri dormienti, & mentita est esse suum: ita suæ prædicationi & meritis attribuunt conuersionem illorum, qui aliorum orationibus, bonisque exemplis fuerunt conuersi. Sed im-**

In Isaiâ 18.

f. 1. Cor. 13.3

g Psal. 49. 1. 6.

Lib. 21. Moral. c. 8. h. 1. Reg. 1. 19.



probi Ministri non euadeant voti compotes: nam verus Salomon Christus Iudex iustissimus, veritatem rei aperiet, filiumque tribuet ei, cuius vere est & improbum Ministrum puniet pro meritis. Hoc idem confirmat S. Gregorius Nazianzenus, dicens: qui plus docet verbis, quam exemplo & operibus: altera manu animas allicit; altera easdem fugat. Quibus etiam competit, quod Ecclesiasticus dixit: *in vnus edificans, & vnus destruens, quid proficit illis, nisi labor?* hoc est, qui quod altera manu edificat, destruit altera: frustra laborat. Cùm enim homines potius in malum propendeant, quam in bonum; & exemplum sit efficacius ad mouendum, quam verba; multò magis nocet malum exemplum Euangelicorum operatorum, quam eorumdem verba proficit.

## §. I.

## Probatio Vocatorum &amp; Electorum.

SED quoniam multi sunt; qui hæc ministeria varios ob fines appetunt. Sciamus experientiam & probationem, quam Dominus nosse accipit ex eis, quos designare & eligere vult in suos Prædicatores; eum in modum, quo id explicat S. Gregorius in illa iucunda historia Gedeonis (cuius in alio loco fecimus mentionem) exituri ad pugnam contra Milianitas, dixit enim illi Deus; *a adhuc populus multus est tecum, duc es ad aquas, & ibi probabo illos: cumque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeonem: vt quotquot curuatis genibus aquas biberent, eos remitteret, vt reuertentur in locum suum; retineret autem apud se eos tantum qui stantes manu ad os procidente, lambent aquas, sicut canes: qui tantum fuerunt trecenti viri, quibus pro armis ad pugnam dedit tubas in manibus eorum, dextris, lagenasque vacuas ac lampades in medio lagenarum in sinistris, & cum venerunt ad castra inimicorum media nocte, cupram buccinis clangere, & complodere, ac frangere inter se lagenas; dicentes: gloria Domini & Gedeonis: & ita insignem obtinuit de hostibus suis victoriam quia hostes mutuâ se cade iruncabant. Significabant, ait S. Gregorius, illi milites eos, quos Deus eligere volebat adiuuandam hominum conuersionem, & bellum Dæmonibus inferendum. Sed quoniam non omnes ad hæc præstanda sunt apti, voluit experiri, qui inter eos apti essent, vt eos eligeret. Et quoniam experientiæ debent esse proportionatæ statui & officiis obeundis (quod fusiùs diximus cum de statu Religioso egimus) ideo probat, quos vult eligere, an habeant scientiam simul & virtutem quæ sunt duo maxime necessaria, ad facinus adeò arduum aggrediendum. Omnes illi milites biberunt ex aqua torrentis, quæ significat scientiam &*

doctrinam.

in sentent.  
Nim. 2.

i Eccl. 37.  
28.

Lib. 3. Moral.  
c. 13.  
Tom. 1.  
Tract. 2. c. 8.  
aludic. 7. 4.

Tom. 3.  
Tract. 4.

doctrinam, qua instructi esse debent; sed omnes illi reprobantur: qui ad bibendum curvant genua sua in terram ad quam flectunt suas intentiones. & opera sua: *non enim auditores Legis iusti sunt apud Deum sed factores legis iustificabuntur: cneque est speciosa laus in ore peccatoris.* Sed illi eliguntur: qui genua non flectunt; sed cum scientia seruant etiam operum rectitudinē. Hergo Christo duce ad bellum procedunt, qui hoc, quod ore annuntiant, opere ostendunt; qui fluente doctrinæ spiritualiter hauriunt, nec temen in prauis operibus carnaliter inflectuntur.

MELIUS hoc ipsum intelligetur ex tribus armis traditis à Gedeone his militibus. In dextrâ manu tubam portabant, quæ est prædicatio Evangelica; in sinistra autem testaceam lagenam, quam confregerunt: quæ significat mortificationem corporum per ieiunia, cilicia, & externas alias pœnitentias; tolerantes etiam alios labores & persecutiones, quæ in EVANGELII prædicatione eueniunt: quamuis opus sit, rotum corpus frangere, & vitâ amittere. Accensæ lampades sunt opera mirabilia, quæ ex huiusmodi mortificatione & patientia manifestantur: quæ non sunt minus efficaces, quàm ipsa prædicatio, ad conuertendos peccatores. Lampades quæ accensæ sunt opera misericordiæ erga indigentes; affectus amoris & compassionis erga afflictos; desideria zeli, qui ignis infestiar ardet in corde pro remedio peccatorum; opera etiam stupenda, quæ per huiusmodi iustos facit Deus ad confirmandam veritatem, quam aliis predicant. Aduertit tamen Sanctus Gregorius: tubam ferre in manu dextra, quæ pluri sit; lagenam autem in sinistra: ad significandum, quod pro magno habeant prædicationis gratiam: corporum verò vilitatem promittit: quod opere ipso ostendunt, cum se promptè offerant ad occurrentia pericula sustinenda.

DEINDE etiam ipse Dux Gedeon habebat secum tubam & lagenam: dixitque ad suos milites: *d quod me facere videritis, hoc facite. ingrediar partem castrorum, & quod fecero sceltamini: vbi ego lagenam meam confregero, & vos vestras confringite; & vbi personuerit tuba in manu mea: vos quoque clangite & clamate.* Quid autem hoc totum est aliud, quàm exprimere formam vocationis, qua CHRISTVS DOMINVS NOSTER hos milites vocat, & extimulat, ad bene obeunda sua ministeria; constituens seipsum in exemplar, quod debeant imitati. Quasi dicens: attendite: quo modo ego me mortificauerim, & laborauerim, & corporis mei lagenam obtulerim, vt confingeretur, & comminueretur flagellis, spinis, & clavis vsque ad vitæ iacturam: vt rectè munus meum perficerem. Attendite item: quomodo tubam prædicationis claxerim per totam IVDÆAM & GALLILÆAM, docens omnes legē perfectionis, & resplendens quasi lampas accensâ in operibus Charitatis, misericordiæ,

& zeli,

b Rom. 2. 13  
c Eccl. 15. 9.

d Iud. 7. 17.

& zeli, quæ ergo omnes præstiti; & postquam hæc intpexeritis, ac diu fueritis meditati: facite quod vidisti; & imitamini, quo ego feci. Sequimini meam in pugnando rationem: & victoriam de vestris hostibus reprobabitur.

2. Corin.  
4. 20.

HAEC est vocatio, quam Christus Dominus noster sapientius suis discipulis inculcauit; & quam illi, ducem suum imitantes, sunt secuti: e *semper* (vt ait Apostolus) *mortificationem Iesu in corpore suo circumferentes: & vita Iesu manifestaretur in corporibus eorum*, prædicantibus eis magno cum seruire Christum crucifixum, Crucis virtutem, & Euangelij eius perfectionem, omniumque virtutum excellentiam, confirmantes doctrinam præstantia vitæ suæ; & ipsamet vocatio idem quotidie inculcat vitæ perfectionem, quos hisce armis munitos habet, & similibus virtutibus bene præparatos: exhortans eos, vt ipsum imitentur, non solum in virtutibus propriam salutem & perfectionem spectantibus; sed etiam in iis, quæ conferunt ad salutem & perfectionem proximorum.

Matt. 4. 19

g Luc. 10. 1.

hc. 24. 49.

SED neque vocat, neque impellit ad secundam hanc officij partem, nec bene sint in prima instructi, & exercitati. Quamuis enim Christus Dñs noster aliquos Apostolos vocauerit illis verbis: *venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum*: quod officium est iuuandi animas: non tamen statim illud eis commisit; sed postquam diu illos in sua habuit schola docens eos viam perfectionis; & postea *gemit eos binos ante faciem suam omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse venturus*: vt supleret defectum quo ipsi tunc laborabant. Et post resurrectionem suam iussit eos *collekti in manere in ciuitate*; nec exire ad prædicandum, donec induerentur *omni ex alto*, per Spiritus sancti aduentum. Et eodem modo, quamuis idem dominus noster multos nunc vocet iuuenes ad religiones, quarum institutum est piscari homines, eorumque salutem iuuarè: non tamen eos vocat speciali vocatione ad hæc ministeria statim obeunda, donec virtutes comparauerint, & arma, ad illa bene præstanda, necessaria; & ita expectant aliquot annos, ad propriam attendentes perfectionem: vt præstantius in aliorum auxilium incumbere. Eum in modum, quo Deus primùm iussit: *i Abram exire de terra sua, & de domo Patris sui; & relictum bularet coram ipso, & esset perfectus; & nomini Abram, quod significat patrem excellentem, aut patrem rerum cœlestium, adiecit vnum characterem, & vocauit eum Abraham quod significat Patrem multarum gentium, & quidem valde præstantium; vt intelligeretur, quod ministerium generandi filios spirituales supponat excellentiam, virtutum, exercitijs mortificationis, & obedientiæ in schola Christianæ perfectionis comparatarum.*

i Genes. 12. 1.  
k c. 17. 1.

tionis comparatarum.

## § II.

**E**X HIS deducere licet illorum deceptionem, qui cum sint Tyrones, & imperfecti in virtute, spiritu quodam vanitatis nimiam aliorum curam suscipiunt, non tamen ad eam à Deo vocati: iacturam facientes virtutis, quam ipsi habebant; nec tamen alijs, quam volunt, communicantes.

PRIMUM enim nullus, habet ad vexillum aliquod accedere, invito eius Duce; nec se offerre, vt sit miles, & statim certamen inchoet, non habens arma & industriam ad id sufficientem: nam aliàs manifesto se exponit periculo succumbendi, & alijs similiter fit causa ruinæ. Propterea etiam iubebat Deus, ne admitteretur ad militiam, qui esset a formidolosus, & corde pauidus, aut qui despondisset sibi uxorem: quia tales non essent apti ad pugnam aggrediendam, quæ requirit robustum cor, & ab alijs affectibus expeditum. Et eandem ob causam dixit Saluator noster: vt qui velit turrim ædificare, aut bellum committere cum potenti alio Rege: prius sedens cogitet, an habeat ad perficiendum; quod si defectum aliquem animaduertat; melius esse retrocedere, & rem non aggredi quàm non posse perficere; nec pugnam inchoare, in qua nouit se victoriam amissurum.

DEINDE quæ utilitas est, ad pugnam prodire cum tuba in altera manu, & lagena fictili in altera, si ad eò es intricatus ac debilis, vt nec noveris, nec possis tubam inflare, nec animum habeas, vt lagenam cõfingis; aut lampadis lumen ira exiguum habeas, aut semiextinctum, vt statim atque illud exposueris, omnino extinguatur; nec splendorem præbeat, quem par est non dantur hæc arma, nisi trecentis illis viris valde strenuis: quorù numerus (vt ait S. Greg.) initium sumit à Tau, hoc est à littera T. quæ figurata est, Crucis Christi: quæ decet magna cum voluptate prius fuisse amplexos. Nec tantum tibi tribuere debes, vt velis in numero horum paucorum numerari, nisi prius diligenter exercueris opera omnibus communia.

QUOD SI necdum acquisisti alas, & oculos Euangelizantium proprios: quomodo audebis officium aggredi Euangelistæ: eueniet tibi (inquit idem Sanctus) quod pullis auicularum exeuntibus ex nidis suis antequam alas creuerint. Qui cum volare non possint, vt conantur; nec ad nidam redire, ex quo ceciderant: tandem sine remedio pereunt. Ita hi existimantes, se habere alas, quas non habent, & prodeuntes ad volandum ante tempus; alijs non proficiunt, & sibi ipsis nocent; facientes iacturam virtutis, quam antè habebant: eò quod voluerint eam ante tempus manifestare operibus, quæ illorum facultatem excedunt.

TALES sunt similes arboribus proferentibus flores suos ante tempus: quæ quocunque æstu, pruina, aut nebula accedent, amittunt flores, & spem fructus, quem suo tempore fuissent allaturæ. Quibus commodè

a Deut. 28. 3  
c. 24. 5.

Supra. lib. 1.  
admon. 1.  
c. 6. § lib. 8  
Moral. c.  
19.

Parte Pa  
st. c. 5. §  
admon. 1.  
c. 6. § lib. 8  
Moral. c.  
19.



Job 8. 16.

S. Gregorius  
c. 19. supra

Psalm. 13.

Leu. 19. 3.

S. Gregor.  
ibid.  
S. Bonavent.  
de inform.  
Nouissim.  
c. 6.

6

Isaia 49. 2.

aptatur quod dixit quidam amicus Iob, de quodam genere Caruorum  
*b huiusmodi videtur antequam veniat Sol, & in ortu suo germen eius egrediar,*  
 sed statim marcescit; nam vix nati in Religione, & in schola virtutis, volunt  
 statim Inaniter se ostentare, & quasi alijs sese communicare: quorum, exorta  
 aliqua contradictione aut tentatione omnes flores evanescent, & profectus  
 quem praeferebant frigeat, & congelatur: *citius namq; bona, deperent, quae*  
*hominibus ante tempus innotescunt.* Sicut etiam tenerae plantae, si, antequam  
 profundas faciant radices, multum manibus contrectentur, citius are-  
 cunt; & murus recens structus, si graui pondere prematur, facile dissolu-  
 tur, ac ruit. Ita, qui ante tempus, & prius quam in virtute sint solli,  
 prodeunt ad agendum cum proximis, & animarum curis sese onerant  
 facile areseunt, & pondere pressi ruunt in terram. V IRO iusto tanquam  
 proprium tribuit, David quod sit *d tanquam lignum, quod plantatum est*  
*secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo:* ut qui plan-  
 tati sunt in Ecclesia & Religione, intelligant, se irrigatione viaentium  
 aquarum gratiae, sapientiae ac scientiae debere proferre fructum status &  
 officij sui proprium in tempore suo. Nam neque Tyro velle debet cum  
 fructum proferre, qui proprie pertinet ad perfectum; neque Secularis  
 pertinentem ad Ecclesiasticum. Et quamuis fructus ille spectet vere ad  
 tuam vocationem: non tamen debet illum velle intemptiue & impo-  
 tunè proferre: quia non erit utilis. Ac propterea Deus iubebat filijs Israei  
 vt ex *d lignis quae in terra promissionis plantarent, non ederent fructum tribus*  
*primis annis, sed auferrentur praepuria eorum & haberentur immunda;* eo quod  
 conferentur intemptiua, & ipsiusmet lignis noxia, donec profundas in  
 terra iacerent radices. Quo praeepto significare volebat iustos in terra  
 promissionis; hoc est in Ecclesia & Religione plantatos, non debere de  
 alijs rebus initio agere, aut cogitare: nisi vt se ipsos, bene mortificent, &  
 profundas faciant radices humilitatis: immundos reputantes fructus exer-  
 citiorum ante tempus prodeuntium, & propriam in eternam virtutem et  
 fugentium ob in temptiua sui ad exteriora effusionem. Ex quo fit, vt or-  
 dinarie Dominus noster non vocet ad haec ministeria iuuenes, in qui-  
 bus virtus esse solet valde infantilis, & sine prudentia, & experientia; sed  
 maturae aetatis homines, varia exercitia expertos, quibus prudentes &  
 experti sunt redditi: & quamuis interdum eos vocet a tenera aetate, vt  
 vocauit Samuelem, & Ieremiam, quorum aetatis defectum ipse suppleuit  
 abundantia luminis & gratiae. Ordinarium tamen est, non eos tunc vocare,  
 aut si eligat ac designet ad hoc munus, executionem differre in rebus magis  
 aptum, Quomodo vocauit sanctum Ioannem Baptistam ex vtero  
 matris suae; vt ipsius esset Praeursor ac Praedicator. Cui Ecclesia applicat  
 Isaiae Prophetiam dicentis: *e possit me sicut sagittam electam,* cuius lingua

& pra-



& prædicatione vulneraret ac penetraret corda peccatorum, Addit tamen  
*in pharera sua abscondit me*: in qua mansit per triginta annos, degens *f in*  
*deserto*, exercens se poenitentia & contemplationis exercitiis, & *confortaba-*  
*tur spiritu usque in diem ostensionis sue ad Israel*, quo illum vocavit, & pro-  
 dire iussit ad exercendum suum officium. Et idem præstare voluit Iesus  
 Christus Dominus noster, de quo eadem loquitur Prophetia. Quamvis  
 enim plenus esset Sapiaentia & gratia imraensa: noluit tamen ad prædican-  
 dum prodire usque ad *g trigessimam* ætatis suæ *annum*. Et quamvis, *h cum*  
*esset annorum duodecim fuerit in medio Doctorum*; non tamen eos docebat, sed  
*audiebat & interrogabat*; ut suis discipulis exemplum præberet eius, quod fa-  
 cere deberent in sua iuventute: attendentes potius, ut discant, quam ut  
 prædicent, donec perueniant ad ætatem maiorem. Ac propterea ait S. Gre-  
 gorius Ezechielem Prophetam dixisse: Prophetia Spiritum sibi commu-  
 nicatum, *i cum esset triginta annorum*, cum scilicet iam esset vir perfectus,  
 & vitæ ac talenta haberet ad excelsa ministeria, quæ Deus ipsi committe-  
 bat. Neque est extra propositum significatio nominum, quibus initio uti-  
 tur, dicens: factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi Sacer-  
 dotem *Ezechiel* enim significat *fortitudinem Dei*; *Buzi* autem *contemptum*  
 vel *dispectum*; ministri enim Euangelij debent esse fortes fortitudine Dei:  
 quæ oritur ex contemptu sui ipsorum, quo in oculis suis viles se iudicant,  
 & abiectos: ac propterea nihili faciunt, quod ab hominibus contemnantur.  
 Cum itaque dicitur Deus elegisse in prophetam suum Ezechielem filium  
 Buzi, significat, se eligere & vocare eos, qui præditi sunt fortitudine,  
 orta ex humilitate, eique intenti, iactis profundis  
 radicibus spatio triginta annorum, quæ ætas ad  
 huiusmodi ministeria est ap-  
 tissima.

f Luc. 2. 80.

g Luc. 3. 1. 3.  
h c. 2. 46.Homil. 2. in  
Ezech.  
c. 6. 1. 3.

## CAPVT VI.

*SPECIALIS ALIQVORVM PERFECTORVM AD A-*  
*nimas innandas vocatio, & inanes eorundem timores, excusationes, ca-*  
*rumque peccata; obedientia item talis vocatiōi adhibenda.*



CAP. 1.2

**S**PECIALIS vocatio, qua Dominus noster viros iam valde perfectos vocat, & eos præcipue, qui valde fuerunt exercitati in operibus vitæ contemplatiuæ: vt procedant ad exercenda vitæ actiuæ opera erga proximos, miranda est delineata in libro Canticorum, postquam sponsus ad excelsum adeo perfectionis culmen peruenerat, vt diceret a ego dormio, & cor meum vigilat absorpta enim contemplatione Dei: ad omnia, quæ mundi essent docebat; ad ea tantum vigilans, quæ sui erant dilecti: in quo totum cor suum, & cogitationes omnes, ac desideria collocauerat amore valde accensis. Ad cuius ita constitutæ aures vox insonuit cælestis eius sponsi, tenerunt dicentis: *aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis nocturnis.* Sed priusquam profundum hoc amoris pelagus ingrediamur: videamus, quo modo sit possibile quoddam cum anima adeo sit iusta, & perfecta: quemadmodum prima huius colloquij verba significant: Deus tamen extra eius domum esse dicatur, & ostium pulsare, ac petere sibi aperiri vt ingredi possit: cum Deus semper sit intra ipsos iustos, per gratiam, & Charitatem eis vnitus; vtrumque tamen horum & verum est, & certum. Cum enim Dominus noster sit in animabus iustis per effectus iustitiæ, quos in eis efficit; postquam eas per iustificationem est ingressus, sæpe pulsat, sibi que aperiri petit: vt ingressus per earum consensum & voluntatem, reliqua faciat, quæ ad eorum profectum & perfectionem propriam spectant; & postquam id obtinuit, pulsat etiam nocte, desiderans adhuc intrare ad earum corda: vt effectus excitet amoris proximorum, ac zeli exeundi ad laborandum pro eorum salute ac perfectione. Et quamdiu hos effectus non efficit; nec anima ipsa ad eos suscipiendos se disponit: censetur ille extra eam manere, pulsans inspirationibus suis, vt sibi aditus pateat, remotis impedimentis, quæ in ea sunt ad tantam gratiam & fauorem suscipiendum.

## § I.

**I.** **S**ENd quis porro explicare nouerit causas, & titulos, quibus vritur sponsus, dum ita pulsat, vt sibi aperiatur? *Primum* enim reuocat animæ in memoriam beneficia ipsi collata in die iustificationis, ac ceteris diebus, quibus de ipsius profectu egit. Quasi diceret: memento quod fece-

rim te sororem meam per esse gratiæ; amicam, per charitatem; columbam, per unionem cum Spiritu Sancto; immaculatam meam propter cordis puritatem. Cur ergo non aperies ei, qui tot beneficijs te affectit; & cupit intrare, ut alijs non minoribus te afficiat? Noli satis tibi esse existimare, quod hæc bona tibi soli habeas; aperi mihi ut prodeamus ad lucrandos alios fratres, alios amicos, alias columbas, & alias animas formosas: ut mea Patrisque mei gloria dilatetur. Cum igitur columba sit avis fecunda; veni, columba mea, ut mecum gignas filios gratiæ, meæque gloriæ hæredes.

Statim etiam subiicit titulos charitatis, assumptos ex necessitate, qua proximi laborant; ideoque dicit ei: attende quia caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium. a Caput Christi quæ homo est (ut ait Apostolus) est Deus. Et hoc (ait S. Gregorius) esse plenum rore aut pruina, cum sanctum eius nomen ab infidelibus blasphematur; à peccatoribus contemnitur; & à tepidis irreuerenter tractatur. Cincinnati huius capituli sunt Christiani, coniurati cum eo per fidem: qui tamen pleni sunt guttis noctium, cum in eis deficit charitas; suntque oppressi glacie multorum peccatorum, ac tenebris ignorantia, & valde errantibus iudicijs. Et quamvis ipsi sint iusti, sunt tamen afflictis persecutionibus, calumnijs, & calamitatibus. Si itaque Christum diligis, habesque talenta, & facultates ad ipsum in hac necessitate iuuandum, cur eius pulsam non audis? Offerens te ipsum ad remouendas pro viribus blasphemias, iniurias, & peccata, quæ in eius caput, cincinnati que decidunt? propugnans eius honorem & remouens à fidelibus tot culparum guttas; & afflictis subsidium in eorum miseris ferens.

Se d audi tertium, titulum quem proponit, ob vtilitatem, & mercedem quam pro hoc seruitio tibi offert. Qui titulus (ut ait S. Paulinus) etiam continetur in eo, cum dicitur: caput meum plenum est rore, & cincinnati mei guttis noctium; intelligit enim per rorem, abundantiam gratiarum, donorumque celestium; quibus illud est plenum, ob infinitam Diuinitatis Christi eminentiam; ac similiter intelligit partem superioris spiritus sui in quo reconditi sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei; ex quo fluunt ad cincinnati, hoc est ad electos, quibus has gratias comunicat instar guttarum: nam collata cum immenso eius rore, valde sunt parua; etiam cum in seipsis sunt valde magna. Sunt tamē guttæ noctu decidentes etiã cum ipsa serena est, & clara: quia comunicantur cum magna conscientia quiete, & serenitate, & cum claritate maioris cognitionis, quam antiquis; licet in ipso fundamento adsit etiam fidei obscuritas. Si igitur cupis benedictionibus celestibus loquulari: aperi mihi (ait Saluator, & annue petitioni meæ. Tunc enim ingrediar ego in cor tuum cum Diuinitate mea, & cum spiritu meo celesti

2

21. Corin. 11.  
3.  
In Cant. 5.

3

Epist. 4. vi  
de Martia.  
del. Rio.

Ita Titul.  
manus.

b Iud. 6. 37.

c Ioan. 3. 34.

rore pleno, ad temperandum ardorem concupiscentiarum & cupiditarum tuarum; ad corroborandam animam tuam exercitiis sanctorum operum, variasque celestium gratiarum guttas communicandas. Quenammodum enim b *vos totius terra receptus fuit in vellere Gedeonis* & ipse de nocte *confulgens expulso vellere, concham rore impleuit*; ita c *gratia omnes dona celestia collecta sunt in spiritu meo* absque mensura; quæ tamen dona non mihi soli referuo; sed electos meos facit eorum participes; replens scilicet hæc vasa, vt gratiæ meæ efficacitas magis luceat. Quod si tu cum Gedeone nocte confulgas, ostiumque aperias, vt ad te aditus pateat; replebo te tantâ copiâ guttarum roris mei, vt quemuis laborem tibi reddant fructum ac iucundum.

4

QVOD SI quartum alium titulum ab exemplo meo desumptum habere velis; attende quid ego fecerim, dum inter vos agerem in mortali & parvulo corpore: & agnosces me ab ipso vitæ exordio, vique ad eius exitum, plenum semper fuisse rore & pruina, congelatisque guttis noctium sustinendo innumeros labores, vt efficacius peccatores vocarem, & conuerterem, & omnibus hominibus beneficerem. Propterea natus sum in media hyeme, noctu, & in tugurio, incommodis temporis valde exposito; noctu exiit fugiens in Ægyptum; & per multas noctes ambulans per desertum tanquam fugitiuus. In alio deserto mansi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil comedens, dormiens super paulmentum, expulsum vento; quamdiu prædicaui, noctes expendebam in montibus, orans pro vestro remedio; tollerans noctis rorem, vt vobis rorem gratiæ compararem: Denique in nocte meæ Passionis cecidit super caput meum magno impetu gelu peccatorum hominum, & inundationes iniuriarum, & contemptuum; sudaui sanguinem guttarum, quem tamen postea magno impetu per flagella ex toto corpore, & per vulnera pedum ac manuum, ac per foramina, quæ spinæ aperuerunt in capite meo effudi. Quæ omnia cum ego fecerim ob utilitatem animarum: cur non aperies mihi, & reipsum offeres ad aliquid pro eisdem faciendum? Denique omnes vires intendit ad quinto titulo interni amoris, quem erga suam sponsam Ecclesiam gerit; cum insinuat, se caput habere apertum absque pileo, aut alio tegumento. Quod signum erat captiuorum & victorum, in signum suæ traditionis ac subiectionis; iuxta illud Moysis dicentis, quod d *ministeriis essent captiui nudato capite*. Venit itaque hic Dominus, vt pulset ad ostia sponsæ suæ, quasi captiuus & victus amore eius, & omnium animarum; & optans, vt & illæ ipsi se tradant, & quasi eodem amore captivæ eile dedant. Quod sufficere debet cuius amanti, vt studeat animas aliquas lucrari, quæ Dominum ipsum diligant. O Saluator dulcissime: quis adeo eruditus ac pertinax, vt aures suas occludat beneuolæ adeo vocacioni; si

Don. 32. 42.

noctis

nouerit: te esse vocantem, & quanto afficiaris gaudio, si tuis pareat dictis.

## §. II.

SED audiamus, quid sponsa iucundæ aded vocationi respondeat. *Expoliatus*, inquit, *me tunica mea quomodo induar illa?* Atque si diceret: graue mihi est è lectulo surgere, vt ianuam ei aperiam: ne iterum cogar vestem indnere, quam exui. *Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?* si enim terram calcauero, maculabuntur. In hac sponsæ sententiâ duo excusationum genera intelligi possunt, quas homines habent, ne statim Dei vocationi pareant. Aliæ sunt propriæ otiosorum, pigrorum, ac deliciis deditorum, qui sunt hostes crucis ac laboris: ac propterea refugiunt officium ac ministerium onerosum, & curam animarum, præcipuè si non aded sit honorificum, nec lucram adferat, quale ipsa caro desiderat. Et hoc significat (vt inquit Theodoretus) quod dicit: *expoliatus me tunica mea, quomodo induar illa?* Quemadmodum enim homines, qui modicum, & quasi obiter dormire volunt, vt suæ necessitati satisfaciant, vt fieri solet circa meridiem, non se omnino exuunt; sed sedent in aliqua sede, aut vestibus indati iacent in lecto: & statim atque vocantur, festinanter surgunt: quando autem maiori cum quiete noctu dormire volunt, exuunt se, & iacent in lecto: quod si è somno excitentur, torpescunt ad surgendum; & respondent: extra tempus, & opportunitatem se vocari: sicut a respondit amicus ille amico suo pulsanti media nocte ad ianuam, ac petenti tres panes: excusauit enim se dicens: *se iam in cubili esse nec posse surgere*: ita etiam viri valde feruentes ac perfecti somnum & delicias huius vitæ valde obiter admittunt, & solum, vt suæ necessitati satisfaciant: vtentes (vt ait Apostolus) *hoc mundo quasi non utantur*: Ideoque vocati à Deo ad res obsequij eius, quale est Confessiones audire, cõcionari, & proximos morituros adiuuare: statim, valdeque facillè surgunt; & ad id, quod iniungitur, accurrunt, dicentes cù Samuele, cùm media nocte à Domino vocaretur: *c Ecce ego: vocasti enim me*. Tepidi autem & imperfecti maiori cù mora, & quasi permanenter suscipiunt carnis delicias, quibus ex corde adhærescunt. Ideoque grauius ferunt è lecto surgere, in quo *verunt se tanquã ostiũ in cardine suo*: & quando Deus eos vocat ad res alicuius laboris, adinueniunt excusationes, ne eas aggrediantur; aut in aliud tempus reijciunt, dicentes: *expoliatus me tunica mea: quomodo statim induar illa?* redeat postea: quia nunc non est opportunum. O execrandam pigritiam, quæ talem excogitas excusationem, ne facias, quod Deus iubet! Et quodnam, quæso, tempus aptius ad laborem erit, quò, quo te vocat, qui est temporũ Dñs totq; beneficijs obstrictũ te habet, vt ei pròptè obedias? Propterea enim dixit Salomõ: *e ne dicas amico tuo: vade, & reuertere: cras dabo tibi; cum statim possis dare*. Cùm igitur Deus non requirat à te, nisi quod potes facere: cur eum in aliud reicis tempus?

Vide. Titul.

a Luca. 11. 5.

b1. Corin. 4. 11.

c 1. Reg. 3. 5.

d Prover. 16. 14.

e Prover. 3. 28.

ALIAS excusationes adhibent homines Deum timentes, propterea profectus cupidi: sub pretextu scilicet, ac zelo non deficiendi in rebus suae perfectionis; & ob timorem non reddendi bonam rationem officij, quod sibi iniungitur. Et hoc Spiritu respondent (vt explicat S. Gregorius) Domino ipsos vocanti: *expolians me tunica mea*, bonis scilicet temporalibus, rerumque temporalium curas deposui, *quomodo ergo induam illa*, vt officium suscipiam Praelati plenum terrenis curis? *Lampedes mentis* affectibus terrenis, purificans me pro viribus à culpis etiam leuibus, quomodo ergo officium acceptabo alios iuuandi, in quo illos in quinabonem quidem cum periculo grauiiores culpas contrahendi? Non satis est, quod qui me vocat, sit Deus: quia imbecillitas mea est magna. Nam etiam vocauit & elegit *Moysem & Aaron & Heli* in Lege veteti; & Iudam aliosque multos in Lege Noua: quorum quidam in re aliqua grauius impegerunt: alij verò & impegerunt, & suam culpam perierunt: nollem ego in huiusmodi infelicitatem incidere. Haec excusatio est eorum, qui maxime sunt Spirituales. Quae aliquando prouenit ex eo, quod plus quam par est, interioribus collectioni adhaereant: ne voluptate illa priuentur, qua ibi afficiuntur. Interdum etiam prouenit ex solo timore suae perditionis; & ne eam offendant, cui maxime placere intendunt. Nam reuera est difficile (vt praedictum est) versari inter spinas, & ab eis non pungi; & calcare (vt ait S. Hieronymus) terram pedibus ita, vt nec puluis nec lutum eis adhaereat. Et propter huiusmodi timorem proponunt Domino nostro difficultatem; non vt laborem officij, sed vt periculum, quod in eo timent edugiant.

f Exod. 3. 20.  
6. 4. 15

Epist. ad  
Damasium  
de r. isaia  
visione.  
S. Aug.  
Tract. 56.  
& 57. in  
Ioan.

3

g Cant. 5. 4

AUDIENS Sponsus responsum Sponsae suae, & causas quibus illa inerte-  
tebatur: voluit, efficaciori vocatione eam vocare, ne torpesceret, aut  
timeret: ideoque illa addit: *g dilectus meus misit manum suam per foramen*  
*vt pessulum ostij mei remoueret; & venter meus intremuit ad tactum eius.* Ad  
habens enim dilectissimus hic Dominus manum omnipotentis suae, pe-  
netrat per foramen luminis naturalis, & fidei; & illustrat intellectu motum  
caelestis lucis abundantia, vt sentiat anima vim & efficacitatem quatuor  
titulorum, quos Sponsus, dum eam vocat, proponit; & ita Spiritum ac-  
cipiat, vt excusationum pessalum, & impedimenta remoueat, quae ha-  
bet, aut habere se fingit: ne suam deserat recollectionem, & obediat ijs,  
quae ipse iubet. Quae videns hac luce extremam fidelium necessitatem  
& auxilia, quae Deus ipsi ad eos iuandos offert; & iacundam adeo instanti-  
tiam, qua Sponsus id petit: totum eius cor ac vitcera contremiscunt; &  
affectibus amoris & compassionis ita emolliuntur, vt statim surgat vt apertus  
*dilecto suo*, excutiendo omnem torporem, & ostendendo verum ac solida-  
dum erga ipsum amorem. Sed quomodo surrexit? *Manus mea inquit*

filii-

*stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.* Auxilio enim, quod ei potens manus Dei præstitit; manus eius, hoc est animæ facultates, producere cæperunt myrrham excellentis mortificationis, qua repleuit omnes digitos affectuum suorum, & opera ipsa particularia in magna copia, sed cum magna prudentia: ut quæcunq; haberet impedimenta, remoueret. Idcirco ait: *pellulum ostii mei aperui dilecto meo* Potuisset procul dabo Dominus noster manu suæ omnipotentis solus remouere pessulæ totumq; opus perficere: non tamen id vult; sed ut etiam ipsa anima surgat, suasq; manus coniungat manibus Dei, ut simul ostium aperiant. Deus eam præuenit gratia excitante, & continuo suo auxilio eam iuuat, ac fouet iuxta illud Apostoli: *h laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum* gratia enim eius præcipue totum hoc opus perficit. Illa enim efficit, ut manus replentur myrrha, non quacunq; re, sed probatissima, & purissima; talis enim esse debet mortificatio Prælatorum, & operariorum Euangelicorum: ut mortificent torporem, delicias, & honorem, propriamq; voluntatem ac iudicium; &, quod amplius est, etiam nimium affectum ad suam recollectionem, & spirituales delicias; cum etiam his amor proprius foueri soleat, quin retrahunt hominem, ne accedat ad ea, quæ iubet Deus. Nec dixit: *os stillasse myrrham*, sed manus; præcedere enim debet operum mortificatio eiusdem prædicationem; immò in ipsamet eius prædicatione debet eius opus exerceri, studendo in omnibus placere Deo, & non hominibus, nisi ob solum eius amorem. Hæc etiam gratia est, quæ præcipue aperit ostium cordis, & fidei, ac obedientiæ aures: pessulum remouens, quo oculo cluso aditum Deo prohibebant, magnos adferenti thesauros in auxilium aperientis. Quamuis autem multi sint obices hunc Dei ingressum prohibentes: folius tamen pessuli meminit: quia omnes ut plurimum uno præcipue detinentur, qui cæterorum sit radix. In aliis enim pessulus est superbia, & honoris ambitio; in aliis ignauia, & affectus ad delicias: vnusquisq; autem illum obicem auferre debet, qui maxime ipsi est impedimento; n-que est melior ratio illum remouendi, quam incipere statim exercere officium, & ministeria, quæ Deus iniungit, obediendo in exacta fidelique executione. Et hoc, ait Rupertus significare etiam sponsam, cum dixit: *pellulum ostii mei aperui*, hoc est silentium, quo eius os erat occlusum. Nam prius ob contemplationis amorem firmiter decreuerat silentij virtutem amplecti; & ita suum os claudere, ut non se immisceret colloquiis proximorum. Cum autem voluntatem Dei agnouit ipsam vocantis ad hoc munus, remouit pessulum, & rumpens silentium, cepit prædicare, & cum omnibus agere, ut illos lucraretur, & ad gloriam dilecti sui ædificaret.

It-Corin. 15  
 10.

Ita Guilhel-  
 mus.

Vide Marti.  
 Del. 110.



## § III.

VT autem appareat, quàm sit iustus Deus noster; & quòd nullam culpam etiam leuem relinquat impunitam; & quòd hæc resistentia & mora in obediendo sibi displiceat si nimia sit, etiam cum speciem præfert maioris boni: addit statim sponsa, quòd cum illa pessimum operasset dilecto suo, *illi declinauerat atque transferat*: quia subtraxit ei sensibiles consolationes ac delicias, quibus eam solebat emolliere; vt ex hac pena & culpam suam cognosceret, & cautior redderetur, ne in posterum auderet resistere. Vt ex hoc, qui valde sunt addicti contemplationi, & quieti suæ, timeant, cum hanc ob causam Diuinæ vocationi resistunt. Si enim in hac sua repugnantia persistant, amittent bonum, quod habent, & cuius iacturam timebant, si exirent ad agendum cum alijs, eam facient, quòd non obediunt: non enim angulus & solitudo corporalis est, quæ delectationem & feruorem in oratione adfert; sed prouidentia & liberalitas Dei: qui etiam in angulo feruorem negabit, cum ex propria voluntate in eo quis velit herere; dabit verò illum exeunti in publicum, vt mereat Diuinæ. Et hic nouus quidam est titulus, eos obligans ad audiendam Diuinam vocationem; vt conseruetur & augetur bonum, quòd acceperunt. Meritò enim sibi debent persuadere, omnes fauores & consolationes à Deo sibi communicatas, dirigi ad ipsos magis disponendos, ac perficiendos, vt possint tutè à alijs inuare. Cui decreto si se opponant: indignos se reddunt, quibus dona priùs data conseruentur. Id confirmat S. Gregorius, dicens de huiusmodi: Qui culmen regiminum vocati suscipere renuunt, ipsa sibi plerumque dona adimunt, quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro alijs, acceperunt; cumq; sua & non aliorum lucra cogitant, ipsi se, quæ priuata habere appetunt, bonis priuant. Quòd etiam confirmat ac declarat ex consuetudine Legis Antiquæ: quæ habebat, vt si frater vnus absque liberis moreretur, alter defuncti uxorem acciperet, & fecundaret semen fratris sui. Quòd si facere recusaret: vidua illa biberet in faciem illius publicè, tollereturque calcamentum de pede eius, dicens sic fiet homini, qui non aedificat domum fratris sui: & in posterum vocabitur domus dissipati. Is (ait) per excellentiam frater vocatur, qui post resurrectionem suam c. Apostolos suos ac discipulos fratres vocauit; & mortuus est sine liberis in eo sensu, quòd non impleuit numerum electorum. Ac propterea post eius mortem Ecclesia mausti quasi vidua; iuberetque fratrem superstitem eam ducere, cum ipse inspirat, & committit munus Prælati, & gubernationis animarum habenti talenta ad illud obeandum; vt resuscitet nomen & familiam Christi, gerendo filios in Esse gratiæ, qui promoueant fidem & Religionem Christianam. Quòd si ex ignauiâ, aut priuatis commodis ad facere recuset: spuitur in faciem eius. Ecclesia enim Christi sponsa eam

2. 2. Corint.

1. 4.

1. 1. Pastor.

6. 5.

6. Deu. 25. 5.

10. Matt. 23.

10.

contemns

contemnit, eiusque dona parui facit: siquidem expressa dat indicia exigui sui amoris erga fratrem suum natu maiorem, & æterni Patris primogenitum. Et statim accipit calceamentum vnius pedis: qui enim prius signa dabat, quod vtrumque pedem calceis indutum haberet, duos, scilicet, affectus amoris Dei & proximi, de quibus Apostolus dixit *d calceate pedes in preparatione Evangelii pacis*. Hac sua resistantia amittit cum pudore calceamentum vnius pedis: quia deficit in amore proximi, factus reus tot animarum, quot iuuare potuisset, si officium acceptasset, quod ei committebatur. Hæc omnia summarim S. Gregorius. Possuntque ampliùs confirmari moralis sensu eius, quod refert historia Ruth. *Quæ* (vt supra dictum fuit) cum esset Moabitidis, mortuo viro, qui fuerat filius Elimelech, nulla prole relicta, mansit vidua: cumque proximus cognatus inuitaretur, vt eam duceret, ac defuncti hæreditatem acciperet: ille *ecessit iuri propinquitatis, dicens se nolle posteritatem familia sua delere*, vt alienam suscitaret: in cuius rei signum soluit calceamentum suum, & dedit Booz viro prædiuiti ac potenti, qui voluit illam ducere, vt legi satis faceret, & gratiam hanc defuncto, eiusque viduæ alienigenæ præstaret. Hunc in modum cum Christus Dominus noster, eiusque Apostoli ac discipuli per Elimelech, eiusque filios significati (vt primo Tomo dictum est) Ecclesiam plantassent in gentilitate, per Ruth significata, mortui essent absque filiis, qui necessarij erant ad familiæ suæ nomen conseruandum: necesse fuit, viros aliquos Apostolicos desponsare sibi Ecclesiam, & succedere in officium, quod illi in ea gesserunt: vt ita per mundum vniuersum dilaretur. Quam ob causam ipse Dominus noster sensim inspirat, & vocat eos, qui talenta ac dotes ad illud obeundum habent. Quorum tamè aliqui sunt sicut proximus ille cognatus Elimelech, qui hæc sponsalia refugiant, ne suæ domus commoditate frustrentur; suæque conscientie quietem amittant, si curis aliorum se implicent; existimantes sufficere sibi proprias, ideoque renuntiant hæreditati & præmio, quod illis ex hoc coniugio proueniret: ne laborem subeant, seque periculo exponant. Non tamen deerit Deo feruens aliquis & fortis animo, qui locum segnis & pauidi, aut pusillanimis occupet: prospicietque de aliquo Booz, quod significat fortitudinem, virum diuitem virtutibus, verbisque & operibus potentem, qui coniugium hoc accipiet, & alterius calceamentum accipiat: quod feruenti quodam amore, ac zelo animas iuuandi induat, comparans sibi cælestem hæreditatem; magnamque gloriam filijs, quos gignit, ad suscitandum nomen & familiam patris sui natu maximi, qui est Christus: cuius exemplum debet nos etiam ad id permouere.

Nam, si huius historie spiritum altius repetamus, deprehendemus primum Adamum mortuum esse absque filiis in statu Innocen-

d Ephes. 6.  
15.

Tom. 2 Tr.  
5. c. 3 §. 1.  
Ruth 4. 6.

Tract. 1. c. 4.  
§. 1.

tiaz: nam statim atque peccauit, mortuus fuit in anima; & ita statum innocentiæ corrupit: vt quamuis plurimos filios haberet secundum naturam omnes tamen mortui nascerentur in Esse gratiæ: & natura ipsa humana vidua erat & impotens ad tales filios procreandos, nisi ex iplo caelo remedium descendisset. Ad quod præstandum ipsemet filius Dei vni de creuit fieri homo, & frater noster secundum naturam: vt ipse tanquam secundus Adam cælestis suscitaret familiam Adami terreni. Et quamuis ipsum præcessissent multi Patriarchæ, & prophetæ cum lege in tabulis scripta, quam ipse eis dederat, vt animarum salutem promoueret: omnes tamen potuerunt parum; nec ipsa lex ad id sufficiebat. In cuius testimonium (vt ait Origenes) cum Deus apparuit Moyse in rubo, iussit *f. soluere calceamentum de pedibus suis*; quo voluit significare, futurum tempus, in quo apparet ipsum non esse satis sufficientem, vt esset Sponsus & gubernator Ecclesiæ; sed eam relinqueret ipsi Domino, qui in rubo loquebatur, quando postea fieret pro nobis homo mortalis, qui illam sibi desponsaret, filiosque procrearet viuentes in Esse gratiæ; & qui Legem esset constituturus cum Sacramentis, & Sacrificijs, virtutis aded efficacis, vt per eius successores possent similes filios gignere, suam que Ecclesiam per vniuersum orbem dilatare, & ciuitatem cælestem copiosius condere. Hic verus est Booz fortitudo Patris æterni, homo ditissimus, & potentissimus in verbo & in opere. Qui non est dedignatus ducere viduam Ruth, prius idololatram ac gentilem: vt Ecclesiam suam educeret ex gentilitate. Quamuis coniugium illud aded illi caro sterit, vt grauissimis tolerans cruciatibus in cruce expirauerit, ad ipsum matrimonium consummandum, vt ex hoc intelligant discipuli supremi huius Booz, quanta promptitudine & affectu debeant seipso offerre, ad ipsum imitandum; & progredi opere ab ipso inchoato; etiamsi multi sint labores subeundi, & communitates deserendæ. Propterea enim dixit Apostolus (vt perpendit S. Gregorius); *g. si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sum: & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & surrexit.* quasi dixerit: cum Christus mortuus sit, vt te mortuum suscitaret: æquum est, ne, postquam surrexisti, tibi soli viuere velis; sed ipsi Domino, qui pro te mortuus est: vt iuues ad resuscitandos alios, filios mortuos, maximæ tuæ felicitati tribuens, quod velle opera tua vti, & quasi instrumentum adhibere vt in cæptis progrediar. **DE N. I. Q. V. E.** quemadmodum Booz non cæpit ex propria voluntate nuptias illas, sed id petente ipsa Ruth ex directione Noemi, quæ illam iustitiam postquam tamen obtulit se ad acceptandum matrimonium, explanauit omnes difficultates occurrentes, vt quod promiserat, impleat: ita qui boni Prælati & Euangelici ministri esse volunt, non debent in his nuptijs

*f. Exodi. 3. 5.  
Hom. in c. 11.  
locum.*

*g. 2. Corin. 5.  
14. Supra.*

Spiritus

Spiritualibus progredi, sicut qui agunt de carnalibus, in quibus, ut plurimum vir petit uxorem, non uxor virum. Hic uero contra iustus non debet petere, aut uirgere Ecclesiam, ut se Prælatum constituat: id enim præsefert aliquam ambitionem, aut cupiditatem, sed Ecclesia particularis ex consilio supremi sui capitis petere debet & uirgere, ut Prælatus sibi esse velit. Et similiter non debet ambitiosè alia officia quærere: sed necessitas proximorum impellere ipsum debet, ut ea oblata admittat. Cum autem ea admittit ob causas prædictas, expedit omnes difficultates vincere, & impedimenta remouere, ut officium suum quietè ac tranquillè obire possit, & cum utilitate, & præstantia, quam optat.

## CAPVT VII.

## ZELVS IUVVANDI SALVTEM ANIMARVM,

*eius excellentia, & fano: ei Dei erga Zelosos.*

**Z**ELVS SALVTIS ET PERFECTIIONIS PROXIMORVM (cuius actus & effectus Tomo secundo retulimus) sit primus effectus, & signum Diuinæ uocationis ad eos iuandos: operæpretium erit ab eo nunc inchoare: cum ille meritò debeat in omnibus Prælatis, & operarijs Euangelicis singulariter eminere: ut officia & ministeria sua exactè faciant, ut oportet: gubernandi scilicet, docendi, prædicandi, & confessiones audiendi; & reliqua opera præstandi, quæ cū ipsis sunt coniuncta: conando, ut zelus hic valde sit purus, ob duos præcipuè titulos. Alter est, ut gloriam Dei propognet, præueniendo eius iniurias; & operam dando, ut peccatores conuertantur, ipsumque glorificent, & ut par est, ei seruiant: & ita omnes sese impendant in eius laudes, obedientiam & obsequia: eò quòd dignissimus sit cui Creaturæ hæc cõinuè præstet. Alter titulus est, propter bonum ipsorum proximorum, ut à tanto malo, quantum est peccatum, & infernus, liberentur; obtineant uero finem, in quem fuerunt creati: frui-tionem scilicet Dei in cælo. Primus titulus oritur ex primo Charitatis actus, amore scilicet Dei; secundus ex amore proximi: & uterque debent ipsos in se transformare, iuxta illud quod de Salvatore dicitur: *a zelus domus tue comedit me*: ita ut non solum feruens operarius comedat, & ad sua interiora transmittat: zelum, eiusque omnia opera; sed ipse zelus eum comedat, omnesque eius potentias: sicut ignis deuorat, & in se transformat materiam ad quam accedit: ut quicquid loquetur, & faciet, hoc zelo tegatur, & hoc igne inflammetur. Hic consumere debet omnes carnis &

Tract. 4.  
c. 6.

a Ioan. 2. 17.  
Psal. 68. 10.

Rit: 3:

languinis

Lib. 8. Mor.  
c. 26.

”  
”  
”  
”

sanguinis conatus; omniaque desideria, & affectus terreni, & omnes res mundi, fortunæ bona, honorem ac delicias, quæ impedire possunt exactam officij sui executionem. Nam (vt ait S. Gregor.) mens exterioribus concupiscentijs occupata, igne Diuini amoris non calet; & idcirco ad supernum desiderium inflammare auditores suos nequeunt verba, quæ frigido corde proferuntur: neque enim res, quæ in se ipsa non ardent, aliud accendit. Necesse itaque est te ardere igne amoris, & zeli; vt facias alios ardere. Et nisi concupiscentias mortifices, non ardebis igne Charitatis; tuaque verba ita frigidaprodebunt vt audientium corda æque frigida maneant atque antea erant.

## §. I.

1

NEQUE existimare debes hunc zelum, eò quòd tendat in bonum proximorum, non esse tibi ipsi vtilissimum. Quemadmodum enim Rex preciosis escis indulget nutrici filij sui, etiam si illa per se calibus digna non sit: ita Rex cœlestis duplicatâ & suauem Spiritualem portionem dare solet, cum magna illustrationum, & consolationum internarum abundantia ijs, qui occupantur, & sese impendunt in filiorum eius nutritionem, & auxilium animarum. Ac propterea dixit Apostolus sine consolamur, sine exhortamur à Deo, vtrumque sit pro vestra consolatione & salute. Et quoniam Deus Dominus noster liberalis est in liberes; ideo larga manu dona sua effundit in eos, qui liberaliter animam iuuant. Hoc inquit S. Gregorius, voluisse Spiritum Sanctum, cum dicitur anima qua benedicit, impinguabitur tenera deuotione: & qui inebriatur igne charitatis, eodẽ ipse quoq; inebriabitur: c. introducet enim Deus eum in cellam vitiarum, vbi ita copiosè preciosa Charitatis vina ei propinabit, vt cum alijs etiam ea diuidere possit. Hinc etiam implet Saluator, quod promissit, cum dixit: d. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Quod si exhibentes opera misericordiæ Corporalia tantam à Deo obtinent misericordiam, vt centuplum ab eo recipiant; eorumque necessitates reparant, sicut illi reparant alienas: quantò maiorem consequentur exerceutes opera misericordiæ Spiritualia: quæ eò sunt præstantiora, quò anima est corpore præstantior? Et ita idem S. Gregorius dixit: quod compati Spirituallibus proximorum debilitatibus, sit medium aptum ad propriam reparationem; & curare alios esse motum Deo, vt ille nos curet. Et super qui sibi tantum attendit, non potest passionem aliquam superare; quia tamen postea vincit, cum alijs attendit. Et qui prius non inueniebat altitum ad contemplationem: postea eleuatur ad eam. Vult enim Deus bene erga ipsum vt misericordia propter eam, quam ipse alijs exhibet. Sed

2. Cor. 3. 6.  
2

3. P. Pastor.  
Admoni. 26  
b Prouer. 11.  
25.

c Cantic. 2. 4  
3  
q Matt. 5. 7.

Lib. 7. Mor.  
c. 6.

quid mirum, quod Deus tot dona det offerenti ipsi Sacrificium & oblationem, quam maximi facit? Nullum enim est Sacrificium, ait idem Sanctus, ita Deo acceptum, atque est zelus animarum; & quo passu ille crescit, crescit & amor Dei ac proximi, ex quo zelus procedit. Qui autem donum adeo inigne à Deo accepit: quid mirum si alia minora à Deo accipiat? Quantum autem donum hoc sit, exprimit Richardus de Sancto Victore his verbis: Nescio si potest homo aliquid à Deo in hac vita maius accipere, ignoro an possit hac gratia interim maiorem aliquam Deus homini conferre, quam ut eius ministerio peruersi, homines in melius mutantur, ut de filius diaboli filii Dei efficiantur. An forte cuiquam maius videbitur esse, mortuos suscitare? Ergone maius erit suscitare carnem, iterum mortuam, quam animam in æternum victuram? Ergone maius erit, carnem reuocare ad gaudia mundi, quam animæ restituere gaudia cæli? Ergone maius erit restituere carni bona transeuntia, iterum peritura; quam animæ reddere bona æterna in æternum mansura? O qualis dos, quanta dignitas talem gratiam à Deo accipere! non debuit Dea Sponsa à Sponso suo dotem aliam accipere; non decuit cœlestem Sponsum, Sponsæ suæ dotem aliam donare; quam ut per adoptionis gratiam possit multos Deo filios generare, & de filiis iræ, filiisque gehennæ, regni cœlestis hæredes adscribere.

Et quoniam omne preciosum est rarum; inueniemus multos in variis virtutibus eminentes, Spiritu pauperes, spe gaudentes, charitate feruentes, multum abstinentes, admodum patientes; ad zelum tamen animatum nimis repidos, multumque tot pentes, mille excusationes adiuuantes, & rationes ad suam ignauiam tegendam. Hæc omnia Richardus. Nec potest negari zelum hunc esse gemmam preciosissimam, & singulare Dei donum, quod ordinariè non datur imperfectis; eò quod tantopere indigeant zelo, proprii profectus causa; ut non attendant ad zelum profectus alieni. Datur tamen perfectis, talentum ad id habentibus; ut zelus eos impellat ad sua talenta negotiationi exponenda. Est etiam tanta huius doni æstimatio, ut sufficiat ad illud habentes consolandos in huius vitæ exilio; in quo Dominum non vident, quem ita diligunt, ut dicant cum Sponsa; *e vulnerata charitate ego sum.* Quorum vulnerum, ait S. Gregorius, solatium esse, lucrari interim aliquot animas tua prædicatione; ut tardè eum cum multis videat, quem sola citius videre volebat: & hoc est quod ipsa Sponsa dicebat: *fucite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* nam in hac infirmitate orta ex amore ac desiderio videndi meum dilectum, non aliud habeo solatium, quam quòd me videam stipatam animabus incipientibus, & aliis benè proficientibus; quæ verbo & exemplo meo deseruiunt.

De-

4

Homil. 12.  
in Ezech.  
prope fine.

cc

cc

5

cc

Lib. 2. de Pr.  
ad conseru.

cc

cc

cc

idem c. 41.

cc

cc

cc

cc

6

c Cant. 2.5

Homil. 15.

in 7. 110.

f Cant. 2.5

Matth. 5.

Denique in hoc zelo simul conueniunt octo beatitudines, quas Christus Dominus noster prædicauit, suisque discipulis commendauit; & in eis, omnibus etiam operariis Euangelicis. Quarum Beatitudinum tres disponunt ad perf. Et in zelum; ceteræ quinque sunt earum actus & effectus quæ intense idem interferuntur, quod alij alios iuuent. Nam *primus spiritus* disponit mortificando cupiditatem bonorum temporalium, & inuenit superbiam & ambitionis tumorem, qui ledit puritatem zeli: *Manuetus* mortificat ira, & asperitates, quæ ipsius actus maculant: *Cordis munditia* libertatem tribuit spiritus, ad docendum, & agendum de alijs mouendis. Cum quibus dispositionibus apte conueniunt quinque heroici actus zelantium. Quorum *primus* est *lugere* cum amaritudine cordis ob peccata hominis mundi: tam quod sint Dei iniuriæ, quam quod plurimum noceant proximis: in quo luctu & lachrymis perseverant zelantes, donec Deus locutur aliquod eis mittat: *Fili* enim spiritus, filii sunt lachrymarum, dolentium & pœnæ. *Secundus* actus est *esurire* & *sitire* semper, & amplius iustitiam desiderant enim zelantes omnes homines huius mundi esse iustos, & amplius iustificari, adhibitis omnibus possibilibus medijs ad obtinendam aliquam saturitatem ex conversione aliquorum peccatorum. *Tertius* actus est magna commiseratione & misericordia moueri miseriam spiritualium proximorum, optantes seipso eis onerari, ut eas optimo, quo possint, modo reparent. *Quartus* actus est esse *pacificos*, hoc est, qui pacem faciant & reconcilient animas cum suo Creatore per pœnitentiam, & curando, ut etiam in seipso pacem habeant per mortificationem suarum passionum; & simiter mutuam inter se pacem colant per voluntariam conformitatem. *Et hoc* proprius est finis ministeriorum feruentium Prædicatorum, Confessorum, Prælatorum, & Patrum spiritualium. Quorum laudes refert Ecclesiasticus eos appellans *g. homines diuites in virtute, pulchritudinis studium habentes*, *Pacificantes in domibus suis omnes suæ cure commisso*. Sed quoniam in his actibus multæ sunt difficultates, *quintus* zeli actus est, magnum habere constantiam & firmitatem in *Persecutionibus* contra se insurgentes: eod quod iustitiam tueantur: nec propterea, quod officium eorum postulat, intermittentes. Quod si zelantes in his octo virtutibus emineant: certum est, Deum seruaturum cum illis, quod promisit, faciens eos participes primorum, ut beati sint in hac, & in futura vita.

## § II.

Tom. 2.  
Tr. 4. 6. 6.

**E**x His deducere licet, quàm singularibus fauoribus prosequatur Dominus noster viros feruentes ac zelosos; tam remunerando eorum labores, quos in suis ministerijs subeunt; quàm magnum animarum eis addendo ad felicem executionem, ac progressum: semper enim experti sunt dilectissimæ ipsius prouidentiae studium & propensionem: ut

alibi exemplis clarissimorum quorundam virorum ostendimus, quos Matharias peter Machabæorum filiis suis retulit. Nunc autem id confirmabitur solo exemplo feruentissimi zeli, qui præluxit in Elia Propheta, de quo ait Ecclesiasticus a *surrexit Elia: Propheta quasi ignis, & verbum ipsius quasi fiscus ardebat: tanta erat eius efficacitas in omnibus quæ agebat.* Cui Dominus noster quinque singulares exhibuit fauores, quasi in præmium sui zeli. *Primus* fauor fuit, quod eum fecerit valde potentem in oratione, quæ res ad id prodigiosas impetrabat, vt S. Iacobus Apostolus eum tanquam exemplar orationis efficacis nobis ob oculos posuerit, dicens: *b Elias homo erat similis nobis passibilis, & oratione orauit, vt non plueret super terram: & non plus annos tres & menses sex. Et rursum orauit, & cælum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.* Tantum verò fauorem ac zelum in dicendo ostendit Elias, vt quasi esset ipse Dominus cælorum & pluuiarum, solenni quodam iuramento vsus fuerit, dicens: *c viuis Dominus Deus Israhel, in cuius conspectu esto, si erit annis his vos & pluuiæ, nisi iuxta oris mei vrbæ.* Et iterum iniijt pactum cum Sacerdotibus Baal, vt omnes orarent, quisque ad Deum suum; & *d Deus, qui exaudit et per ignem, ille esset Deus, ac proinde vt talis adoraretur.* Cumque ipse Deum verum oraret, *cecidit ignis super sacrificium, & vocauit holocaustum &c.* Et iterum *e orans Deum, vt pueri defuncti anima reuerteretur in viscera eius, & resurgeret, Dominus excusauit vocem Elia, & puer reuixit.* Si enim zelantes viri lemper attendant & vigilant, vt honorem Dei tueantur: æquum est, vt Deus eorum etiam honori consulat, exaudiendo ipsorum orationes: præcipuè cum eodem zelo orant, petentes quod in ipsius Domini gloriam cedit. *S E C V N D V S* fauor & gratia fuit, quod Angelus eum deduxerit ad montem Dei Horeb, vbi implemet Dominus ei apparuit, præmissis *f sibi aura tenuis: & interrogatus ab eo: quid locagis Elia? ille respondit: Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum.* Cui Dominum magna statim arcana reuelasse circa suæ plebis gubernationem insinuat Ecclesiasticus, (c. 48 7.) dicens de eo: *qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iudicia defensionis, vt, qui verè sunt zelantes, intelligant se non facturos iacturâ contemplationis propter zelum, quo Dei causam & proximorum salutem promouent.* Nam potius deducet eos ad montis culmè, in quo Spiritus Sancti audiant inspirationes, & familiariter cum ipso Domino agant: à quo instruantur de ijs, quæ ad ipsorum officium pertinent. Imò etiam eis conceditur, sicut h *Elia ascendere ad montem Thabor, & Christo transfigurato assistere, & cum eo colloqui de excessu, quem zelus facit in gratiam & bonum proximi.*

*TERTIVS* fauor fuit, quod eum elegerit Deus ob insignem eius zelum ad opera, & cæpta adeo gloriosa, vt Ecclesiasticus dixerit: *i sic amplificatus est Elia in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi?*

a Ecc. 48. 1.

b Iacob. 5. 17.

c. 3. Reg. 17. 1.

dc. 18. 24.

18.

e c. 17. 21.

f c. 19. 12.

h Matt.

7. 13.

i Eccl. 48. 4.



Et si enim Moyses tot fecit stupenda : nunquam tamen mortuum aliquem  
 suscitauit ; Elias autem fuit primus , qui hoc fecit prodigium . Elegit enim  
 eum Deus , vt opponeret se Regi Achab , & vt eius Sacerdotes idololatriam  
 perderet ; vt novos Reges nominaret , & Prophetas . Ac demum igneo  
 curru sublatus est in paradysum , vbi custoditur , vt in mundi fine , zelus  
 aciem contra Antichristum ostendat , propugnans honorem ipsius Dei  
 iuuans ac promouens salutem electorum . Quæ omnia sunt indicia furo-  
 ris Dei erga zelantes ; quorū operā vitur in rebus maximis , quemadmodum  
 est vsus Moyses , Sanctis Petro & Paulo , alijsque Noui Testamenti viri  
 Sanctissimis : eò quòd zelus eos redderet valde strenuos , & expeditos ,  
 aptissimi essent ad grandia quæque aggredienda . Ne autem cura rerum  
 temporalium ipsos occupet , quantum fauorem Deus exhibuit Eliæ , pro-  
 spiciendo ei singulari suâ prouidentia in omnibus eius necessitatibus , &  
 periculis occurrentibus : nam cum fames totam terram vexaret , & præce-  
 pit Deus coruis , vt ipsum pasceret , ita vt quotidie deferrent ei panem & car-  
 nem mane , similiter panem & carnes vesperi . Et postea iussit ire in Sarepta Sa-  
 niiorum , vbi præcepit mulieri vidua vt ipsum pasceret . quod fecit vidua multi-  
 plicatis per miraculum , oleo & farina , quibus sustentaretur ipse Elias  
 & vidua , eiusque filius toto tempore , quo fames durauit . Et in alia ne-  
 cessitate constituto Angelus Domini dedit ei bis panem & aquam , quo  
 lumpo cibo , recepit vires , & ambulauit quadraginta diebus & quadraginta  
 noctibus absque alio cibo vsque ad montem Dei Horeb . Ac denique erant  
 ab omnibus persecutionibus Regis Achab , & impiæ Iezabel : donec eum  
 curru igneo sublatus in tuto collocauit . Qui tanto zelo honorem Dei  
 Regnique & iustitiæ eius incrementum querit , dignus est , cui adijciantur  
 hæc temporalia , quibus opus habet ad vitam sustentandam , & que in ope-  
 ribus sui status occupandum . Quoniam autem zelantes grauius feruntur  
 ac dolent , cum ex hac vita decedentes vident , se deesse auxilio animarum  
 quintam etiam gratiam & fauorem exhibuit Deus Eliæ , quem Ecclesiasticus  
 extollit dicens : *Qui Prophetas facis successores post te : elegit enim Eliseum  
 in successorem suum , relinquens ei pallium suum , & spiritum duplitem  
 m Beati , inquit , sunt , qui te viderunt , & in amicitia tua decorati sunt . Nam  
 nos vita viuimus tantum : post mortem autem non erit tale nomen nostrum : qui  
 non relinquimus alios , qui nostri memoriam suo labore & zelo promo-  
 ueant . Eundem fauorem exhibuit Deus Apostolis , & Sacrarum Religio-  
 num Fundatoribus : qui zelo Diuini obsequij inflammati non satis habu-  
 erunt , quòd ipsi probi essent , & alij vtunque , sed instituerunt Religionem  
 perpetuas , relinquentes in eis Successores eiusdem Habitibus , & Profes-  
 sionis : qui opus ipsorum promouerent , zelumque continuarent , quem ipsi  
 ostendissent . Quapropter etiam mortui fuerint , & in cælum translati , zelus*

k. 3. Reg. 16.  
 4. 6.

13 Reg. 19. 6.

m Eccl.  
 4. 11.

tamen illorum non desijt: n̄ mortui sunt enim, sed quasi non moreretur: simili enim reliquerunt sibi post se. His addamus vltimum fauorem singularis pignoris & cautionis, quam zelanter habent æternæ suæ salutis. Qui enim desiderat, tantoque studio contendit, vt alij saluentur, tantumque zelum & studium eius rei præbet: dignus est, quem Deus iuuet vt & ipse saluetur. Nam o si quis (ait S. Iacobus Apostolus) conuerterit peccatorem, saluabit animam eius, & tuam, conuersi scilicet & conuertentis.

Hæc omnia facillè explicat insignis illa Patris Machabæorum sententia p̄ Elias, dum zelat zelum legis receptus est in cælum. Qui enim magnum zelum habet obseruantia legis Dei, vt omnes illam custodiant: recipietur in cælo: quò prius peruenit Spiritu per contemplationem, quia eius q̄ conuersus est, sicut ait Apostolus, in cælis, & suo tempore etiam anima perueniet ad cælum empyreum: vbi laborum suorum fructu æternum fruatur. Nec caret Mysterio, quòd currus & equi, quibus Elias subuectus est, essent ignei: & cum Elifæus eum ascendentem videret, eum appellauit, currum israel: vt intelligamus Spiritum feruentis & zelosi totum esse igneum: & ipsos equos, cogitationes scilicet & affectus omnes esse igneos: hi enim ipsum eleuant in altum, & transferunt in paradysum.

DE NIQVE quemadmodum mercenarius laborans, & colens vineam alienam, multum proficit: quia & cibum, & mercedem labori suo debitam acquirit: ita (ait S. Gregorius) qui laborat in cultu animarum aliorum,

lucratur mercedem æternæ vitæ in magna copia: & per hoc, inquit, peruenimus ad propria: quòd purè ministramus aliena.



n̄ Eccl. 30. 4.

n̄. Iacob. 5. 20.

vtraq; lect. habetur in varijs Cod.

p. 1. Mach. 1. 58.

q. Phil. 3. 20.

lib. Moral. 6. 13.

## CAPVT VIII.

## SINGVLARI CORONA ORNANTVR ADIVTORES

animarum ob ingentes suos labores; & quibus medijs hic  
zelus obtineatur.



D HVC superest nobis aliquid explicandum de premio, quod tribuitur bene obeuntibus hæc minister quemadmodum ipse Christus Dominus noster innuauit, cum dixit suis discipulis: *a qui fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno celorum.* Nam ut quædam regnum illud perueniat, satis est si faciat, quod Deus iubet: dicente eodem ipso Domino: *b si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Qui autem his non contentus, docet alios & ita ut seruent mandata, & sic saluentur; consequetur in cælo magnitudinem quandam specialem, qua sit cæteris eminentior. Duplex enim corona dabitur: altera essentialis præmij, quod consistit in clara Dei visione, quo remunerantur bona opera, quæ fecit, & merita quæ habuit: & hæc vocatur *aurea*, quæ est magna corona; altera corona est quam Theologi *aureolam* vocant, paruam scilicet coronam quæ est speciale quoddam præmium, gaudium; & particularis honor ob labores in officio suo susceptos. hoc insinuauit Angelus, qui loquebatur Danieli; nam cum ei dixisset: omnes homines resurrecturos, alios in opprobrium, alios in vitam æternam, adiecit: *c qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti; & qui ad iustitiam erudierunt multos, quasi stelle in perpetuas æternas.* In quibus verbis S. Hieronymus duplicem agnoscit sententiam: alteram quod iusti docti docentes alios sanctitatem sunt sicut cæli, iusti autem non docti sunt sicut stellæ. Et quantum cælum ipsum excedit stellæ in magnitudine; tantum excedit Doctorum sanctitas sanctitatem ignorantium: hæc enim vsui tantum est eam habenti; illa verò & habenti, & multis alijs prodest: ac proinde maior ei debetur gloria. vides inquit S. Hieronymus quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia; alij stellis, alij cælo comparantur. Sancta rusticitas, sibi tantum prodest, & quantum & diuina vita merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si eam destruentibus non resistat. Alter tamen sensus est magis legitimus, & ab eodem Sancto approbatus: ut intelligantur hæc verba de singulari tantum præmio, quod in cælo reddetur doctis, docentes alios vitam iustitiæ. Non enim solum resurgent sicut cæteri iusti ad vitam æternam possidendam; sed etiam ut ipsa gloria splendeant, sicut cælum stellis exornatum splendet in mundo ob singularem sanctitatem & laborem quem subierunt, ducentes vitam cælestem, seque exornantes splendidibus astris admirabilium scientiarum

a Matt. 51.  
9.  
b Matt. 19.  
17.

R. Tho. in  
4.  
d. 49 q. 5. a.  
5. 2. 1. & seq.

2. Dani. 12.

ibi Glossa in  
terlin. &  
Zyranus.  
vide Piers.  
lib. 15. in  
Daniel.

Epist. 103.  
ad  
Paul. & lib.  
aduer. vig.

arum, ac virtutum, influentes in alios doctrinam & sanctitatem. Aduertit tamen idem S. Hieronymus, non promitti hanc gloriam iis, qui quomodocumque sunt docti; sed iam doctis, ut multos doceant iustitiam; doctrina enim inclusa, quæ aliis non communicatur, non consequitur præmium illud speciale. Et propterea dixit Ecclesiasticus: *ſapientia abſcondita, & theſaurus inuſus, quæ utilitas in vtrisque?* vtitur etiam Angelus verbo *docti*, quod ſignificat eos, qui docti ſunt vñctione Spiritûs. S. iuxta illud *Iſa. 4. 13.* quod *ſili* Eccleſiæ eſſet futuri *docti & ſ. docibiles Dei*; ut ſic intelligatur, non latet eſſe doctrinam ſcientiarum, nec docere multos iuſtitiam: niſi præcedat vñctio Spiritus ſancti, ſanctificantis animam, eamque charitate ac deuotione replentis, quæ ipſi ſcientiæ dat vitam.

CONTINET etiam myſterium verbum illud *multos*, quod denotat coronam illam non dari docenti vnum aut alterum, etiam pio affectu, ſed obeunti officium docendi multos; & quantum in ſe eſt ad id addicto, & mancipato; quales ſunt *Prælati*, qui ut plurimum habent multos ſubditos, *Magiſtri*, qui multos habent diſcipulos; *Concionatores*, qui multis concionantur auditoribus; *Confefſarii*, qui multis Pœnitentibus audiendis occupantur. Nec tanta ratio habenda eſt, quod re ipſa multos aut paucos doceat; quanta quod ex officio addictus ſit procurandæ multorum utilitati, & ſaluti. Denique hæc corona, quæ etiã poteſt *laurea* ſive *laureola* appellari, datur eis ob inſignes, quas de hoſtibus referunt victorias: qui conantur ipſos ab animarum conuerſione, & exactæ officiorum ſuorum executione retardare. Quemadmodum enim duæ aliz *laureole* assignantur Martyribus, & Virginitibus, in præmium grauium certaminum, quæ ſuſtinuerunt pugnanſes & vincentes mundum eiusque Tyrannos, carnemque & eius tentationes: ita æquum eſt, ut ſpecialis corona Doctoribus detur, ob cerramina, quæ habent. Quæ (ut S. Thomas ait) certo quodam modo grauiora ſunt, quam Martyrum & Virginitum: non enim pugnant contra carnem & ſanguinem tantum; ſed contra poteſtates inuiſibiles inferni; & contra Draconem ſeptem capitum, eiusque feros miniſtros circa peccatorum conuerſionem. Et necesse eſt ipſos eſſe paratos ad vitam ſuam hanc ob cauſam exponendam. Sæpè enim Reges, & principes, populi que multitudo inſurgunt aduerſus dicentem eis veritatem, & reprehendentem vitia. Sunt que innumera perſecutiones, & calumniæ, quas hoc nomine in eos excitant. Cuius rei bonus teſtis eſt zelofus Elias, qui ob zelum ſuum ſemper paſſus eſt perſecutionem ab impijs Rege Achab & Regina Iezabel, & Sacerdotibus Baal: & ipſe populus Iſrael, cum eis aliquando coniurabat contra ipſum Eliam. Et quamuis Deus nunc illam teneat in paradifo voluptatum: quando tamen in fine mundi reuerteretur ad prædicandum, eam per ſequetur Antichriſtus, & crudeliter g interficiet. Sed re-

d Eccl. 41.

e. Iſai. 4. 13.  
f. Iohn. 6. 45.

Supra.

g. Apoc.  
12. g. 11.

munerabit Deus feruentem eius zelum premio extraordinario, *resplendens eum tertia die & dicens ei, ascende huc, ad cœlum scilicet Empyreum: non iam in curru igneo, nec solum coram vno discipulo Elisæo; sed in nube splendida in conspectu totius mundi, vt ita zelosi animentur spe extraordinarios accipiendi fauores, si ipsorum labores & curæ erunt extraordinariæ.*

Quis præterea numerare poterit zelantium labores, ac difficultates in filiis spiritualibus generandis, enutriendis, protegendis, & ad cultum perfectionis dirigendis? Quis dicere poterit, quantis partus doloribus premantur non semel tantum, sed sæpius? nam quoties illi per peccatum aliquod moriuntur, toties eos recentibus doloribus h. *parturium*, (vt ait Apostolus, *donec formetur Christus in eis*. Et incôstantiæ ac mutationes, quæ in eis sæpè eueniunt, penetrant corda zelantium operariorum, dicentium, eodem Apostolus: *i Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?* Hi sunt clamores mysticæ illius mulieris, quam vidit S. Ioannes, quæ repræsentabat Ecclesiam, & *clamabat parturiens, & cruciatur vt pareret filium: Rufus autem Draco* horrendas in eam excitauit persecutiones: sed bene ait S. Ioannes, *illam mulierem habuisse in capite coronam stellarum duodecim*, qua Deus eius remunerabat labores. Quæ autem sunt duodecim illæ stellæ, nisi Apostolicorum virorum multitudo? de quibus caput ipsum Ecclesiæ, qui est Christus Dominus noster, ita gloriatur, vt ex iis coronam sibi conficiat, & accipiat honorem. Quos tamen ad eam exaltat, vt tanquam magni splendoris coronam eos constituat in altissimo loco cœli Etnyrei. Et hoc est, quod prædixit Zacharias: *lumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filii Iosedech Sacerdotis magni.*

Quæ autem sunt hæ coronæ, ait Rupertus, nisi Sancti clarissimi, in quibus splendet argentum Sapientiæ, & aurum Charitatis; & vtraque iuuant proximos. Quamobrem magnus noster Sacerdos Iesus eos ponit super caput suum, & gloriatur se tales habere Discipulos, & ministros. Oigitur felices, qui pro bono animarum laborant; qui tot coronas promerentur! Quamuis maxima, quam habere possunt, corona illa sit: quod sint corona Iesu Christi. Quemadmodum enim boni Discipuli (vt ait Apostolus) *sunt gaudium & corona Magistrum*: ita boni operarii & Magistri, sunt gaudium & corona ipsius Christi. Quod gaudium hoc, quod illi adferunt, remunerat speciali etiam gaudio & coronâ, quam illis reddit pro singulari hoc seruitio.

Ex his licet aliam deducere excellentiam zeli, & magnum eius momentum. Ille enim alacritatem confert & fortitudinem ad omnes

labores

h. Gal. 4.19

i. 2. Corint.  
11. 29.k. Apoc. 12.  
2l. Zach. 6. 11  
Ibidem.m. Philip.  
4. 1.

labores in conuersione & expugnatione animarum occurrentes, sustinendos. Qui non potuissent tolerari, nisi amor & zelus ad id vires contulissent; *infortis enim est, ut mors dilectio; dura sicut infernus amulatio.* Nec vnquam defatigatur laborando, & sustinendo, ut suo dilecto placeat, & quidquid ad eius honorem pertinet, tueatur & perficiat. Et sola ipsa dilectio sufficit, ut leue reddat, quod aliàs esset graue; & ut quodcunque etiam periculum aggrediatur. Et ipse zelus est, de quo dixit Saluator, quòd cum circumspexisset, & non esset qui adiuuaret: *indignatio*, inquit, *mea ipsa auxiliata est mihi*: indignatio scilicet & zelus, quem contra vitia & peccata habebat. Hic enim zelus effecit, ut *p acciperem flagellum, & omnes euicerem e templo*, qui illud profanabant, iste mihi adfuit in Passione, ut vnam calcarem in torculari crucis, ingentes sustinens dolores pro salute hominum. Induant igitur ministri Euangelici hæc arma, & *q operiant se quasi pallio Zeli*, quo se protegant quasi thorace quodam non laneo, aut sericeo; sed cœlesti, & igneo; hoc est ardenti Sole, qui pallij instar Ecclesiam cooperiebat: quo muniti securè poterunt in certamen descendere; quia ipsemet Solius iustitiæ adiuuat hoc zeli pallio indutos.

*Septem Zeli Actus.*

**E**X omnibus prædictis rebus deducenda sunt media ad cœlestem hunc zelum comparandum, cuius tot magnalia retulimus. Qui cum sit deus, gemma, ac donum sponsi cœlestis, ab eo importunis ac feruentibus orationibus est petendus, supplices eum orantes, ut huius amoris ac zeli igne nos accendat; ut nos alios possimus inflammare. Ut autem oratio hæc maiori cum facilitate & fructu peragatur, conijciamus oculos in Dominicam Prædicationem, septem quæ eius petitiones, quæ amplectuntur septem feruentes actus ac desideria ipsius zeli quæ omnia petenda sunt à cœlesti nostro Patre, qui est in cœlis: ut nos veros eius filios ostendamus, zelantes omnia illa quæ ad ipsius spectant gloriam. Et quoniam in eis excellentissimi continentur thesauri bonorum, quæ obtinere desideramus, & abyssi profundissimæ malorum, quæ cupimus euadere: omnium horum consideratio erit medium valde efficax, ad accendendum & fouendum ipsum zelum: qui (ut alibi diximus) verè excitatur & accenditur exercitiis contemplationis, & meditationis. Et quemadmodum omnes virtutes augentur actibus suis internis, exercendo tamen suo tempore etiam externos: ita zelus augèbitur, si actus & affectibus in septem hisce petitionibus contenti, exercentur.

*Cant. 8.6.*

*o Isai 63.5.*

*p Ioan 2.15*

*q Isai 69.17.*

*In duce spi*

*Tract. 4.*

*c.20*

- 1 PRIMVS actus est internum quoddam cordis desiderium, vt Sanctificetur Dei nomen, agnoscat, adoretur, & glorificetur ab omnibus hominibus, & totius orbis nationibus cum magno etiam dolore, quod in totius orbis partibus non agnoscat, & blasphemetur. Ad hunc affectum concipiendum iuuerit considerare plures titulos & causas, quæ nos obligant ad ipsum sanctificandum, & optandum, vt ab omnibus sanctificetur, quæ scilicet hic Dominus habet in seipso infinitam sanctitatem, & excellentiam: propter quam est infinite dignus summo honore & laudibus; & quæ innumera in nos contulit, & quotidie confert beneficia, quæ nos obligant ad ipsum sanctificandum & glorificandum tanquam nostrum creatorem, conseruatorem, Saluatorem & glorificatorem. Estque ex animo dolendum, quod Deus adeo infinitus, & benefactor adeo immensus contemnitur a suis creatoris. Cuius indignitatis zelus deberet facere nos taliter, sicut fecit Dauidem: *quia oblitus sunt, inquit, verba tua inimici mei.*
- 2 SECUNDVS actus est feruentissimum aliud desiderium, quo optamus aduenire ad nos regnum Dei: hoc est, vt Deus in omnibus hominibus regnet per fidem, gratiam, & charitatem; & regnum Ecclesiæ dilaretur per vniuersum orbem, & omnes sint huius Domini subditi, & regni celestis heredes: ita vt suo tempore eò perueniant, & fruantur beatitudine, ad eam fuerunt conditi. Cui affectui addendus est magnus dolor, eò quod homines tam parui faciant regnum adeo immensum; velinque spoliarè se illud obtinendi, & fraudari sine vltimo in quo ipsorum felicitas est. Quem affectum adeo sentiebat Apostolus, vt diceret: *strisuram sibi magnam esse, & continuum dolorem cordi suo, eò quod videret Israelitum petire: & optabat, anathema esse à Christo ad tempus pro fratribus suis.*
- 3 HINC tertius oritur actus, desiderium scilicet, vt omnes, qui in terra versantur faciant voluntatem Dei cum ea excellentia, & perfectione, quæ in celo: eò quod dignissima sit, quæ ita expleatur: tum quod suprema sit Regula omnis bonitatis & perfectionis; tum quod eidem tota vita nostra, & ipse nostra innitatur. Simul autem tenerè sentiendum, ac dolendum, quod talis voluntas ab hominibus conculcetur, vt propriam exequantur, quæ omnium scelerum est fons, & causa, cur tam multi descendunt in infernum. Hi tres affectus sunt valde proprii honorum filiorum ergo suos parentes: bonus enim filius, tanquam proprium reputare debet parentis honorem & voluntatem, & grauissimè ferre, quod aliquis audeat ab ea recedere.
- 4 QVARTVS zeli actus est desiderium, vt omnes seriò studeant *sumere quotidianum spiritus panem, doctrinam scilicet Euangelicam, & Sacramenta, præcipuè verò Sanctissimam Eucharistiam, orationem & meditationem, & reliqua pietatis exercitia.* Simul etiam grauiter dolendum, quod ho-

mines tanto tædio Sanctissimi huius panis afficiantur; contemnant cum tanta iniuria Domini, ipsos inuitantis; & cum tanto proprio detrimento, *ut crescat cor eorum, eò quòd obliuiscantur comedere panem suum.* QUINTVS actus est, vehementer dolere de peccatis hominum, & obliuione, qua negligunt veniam eorum petere. & simul optare ex corde, vt Dominus noster hunc eis affectum inspiret, & auxilium præbeat ad veram penitentiam concipiendam; vt à tanto malo, quantum est peccatum mortale, liberentur. Huic actui sextus est adiunctus, quo magno feruore desideratur vt homines in pugna *temptationum*, quam habent cum Dæmone, mundo, & carne non cadant, sed victores euadant, seque præferuent à lapsibus, & culpis simul verò defendendum est, quod tot manus tradant, & tanquam mancipia subdant se Sathanæ, recedentes à Christo Duce suo: quòd nolint vel ad modicum hosti suo resistere.

DENIQUE zelus optat, vt omnes liberentur à malo maximo, hoc est inferno; & tam bonam habeant mortem temporalem, vt euadant æternam: quæ vltima est, omnium miseriarum maxima. Eò quòd in inferno innumera & æterna culpæ & pænæ mala simul inueniantur. Hi tres affectus sunt maximè proprii Charitatis fraternæ, quam nostris proximis exhibere debemus, vt liberos & expeditos videamus à miserijs adeo horrendis. Quamuis etiam in omnibus septem affectibus eluceat vterque titulus, delectionis Dei, proximi. E hoc spiritu instituendæ sunt hæ petitiones, vt eas Dominus nobis largiatur cum omni latitudine & perfectione. Eodem etiam Spiritu Evangelici operarij exercere debent sua ministeria gubernandi, prædicandi, Confessiones audiendi, & docendi: ea scilicet intentione & fine, vt omnes septem has gratias obtineant. DENIQUE ex septem his zeli actibus simul cū quinque initio positis, conficitur corona pulcherrimarum duodecim stellarum: quibus Apostolici viri coronantur: quibus respondet in cælo alia corona duodecim ingen-  
tium gaudiorum, ob feruorem, quo hos actus in hac

Vita exercuerunt.

(..)

69  
10



## CAPVT IX.

ZELVS IUVVANDI ANIMAS SIMVL HABERE  
debet zelum proprie salutis ac perfectionis; & prudenter  
mortificandi excessus nimium zelan-  
tium.



AD HOC VT ZELVS SALVTIS ANIMARVM habeat  
prædictas omnes excellentias & perfectiones: necesse  
est, habere simul tanquam optimum comitem zelum  
proprie salutis: in hac enim multò maiorem locum  
habent rationes & motiua, quæ ad zelum habendum  
impellunt. Qui enim detestatur ac desinet aliena pecca-  
ta; multò magis debet detestari ac desinere propria; & qui  
grauiter fert iniurias, quas alij Deo inferunt; cupitq; eas auertere & im-  
pedire: multò grauius ferre debet quas ipsemet infert; & operam dare,  
vt ab eis abstineat. Quòd si ipse tristatur videns tot hominum damnatio-  
nem: multò magis premere ipsū debet periculum damnationis proprie.  
Quare nullus debet ita laxare habenas zelo alios iuuandi: vt aliquo ali-  
quò detrimento inde accipiat. Semper enim locum habet, & ventum  
est dictum Saluatoris: a *Quid prodest homini si mundum vniuersum lucrum a-  
nimæ verò suæ detrimentum patiatur?* Quare omnes zelantes plurimum ita-  
dere debent, vt excessus nimios contineant, in quos facile solet zeli fi-  
uor declinare; & meminisse sententiæ Sancti Bernardi dicentis: vehementi  
feruorem sine discretionem, præcipitare; & zelum absque scientia esse in-  
tollerabilem: & quòd ille est vehementior, eò magis opus habet discre-  
tione, qua inter suos limites contineatur. Et hoc voluit insinuare sponsa,  
cùm dixit, quòd cùm sponsus cælestis ipsam *b* *introduxisset in cellam vire-  
riam, statim ordinasset in ipsa charitatem:* constituendo scilicet ordinem &  
modum in huius virtutis actibus, & præcipuè in zelo: qui cum nimius  
est, inebriat, & hominem extra se esse facit; & causam præbet pericu-  
lorum excessuum: vt propterea opus habeat prudentia gubernante, &  
moderante ipsum, sicut reliquas virtutes dirigit, ac moderatur.

PRIMUM igitur documentū esto prudentiæ: ne quis ad eò sit zelosus,  
vt quòd sibi est necessarium ad obtinendam vel afferendam suam sa-  
lutem, sibi subtrahat, vt alijs tradat. Sed memor sit responsionis virgini  
prudentum stultis data, cùm oleum peterent ad suas lampades foveen-  
das. Dixerunt enim: *c* *ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite portis ad ven-  
dentes, & emite vobis.* Insinuarunt enim neminem, vt alios doceat, aut

a Matth.  
16. 26.

Serm. 23 m  
49. in Cæ.

b Cant. 2. 4

c Matth.  
25. 9.

oleum

oleum communicet doctrinæ & charitatis, debere gratiæ & charitatis, quam in se habet, iacturam facere; nec deuotionis substantialis nec humilitatis, aut patientiæ; nec alterius virtutis ad ipsius salutem necessaria; nec peccatum aliquod contra eas admittere. Quare qui non videt in se facultatē ad id cauendum, melius faciet, si oleum ab ipso petentē remittat ad eos, quibus ex officio incumbit, & sufficientem habent facultatem, vt, quæ habent distribuunt.

Hæc prudentiam docet ipsamet Natura, quæ cibo, quem nutrices sumunt, prius ipsas alit; & ex residuo, quod superest in vberibus, conficit lac, quo infantes nutriant. Ita igitur, quibus ex officio incumbit tanquam d*nutricibus* (vt ait Apostolus) *spuere filios Spirituales*: ex omnibus Spiritualibus cibis quos sumunt debet sibi ipsis retinere, quantum ad ipsorum profectum & perfectionem sufficiat; & abiq; huius detrimento, reliquis communicare lac doctrinæ, & instructionis. Non debes esse (ait S. Bernardus) quasi canalis, aut aquæ ductus, qui omnem aquam ex fonte acceptam, statim effundit; sed sicut lacus, qui prius aqua repletur, & quod superest effundit, nihil amittēs de sua plenitudine. propterea enim Salomon dixit: *e totum spiritum suum profert stultus: Sapiens differt, & reseruat in posterum*; & iterum: *fili, noli te nimium effundere*. Et Apostolus dixit: *oportet obseruare nos ea quæ audiuimus ne forte perefluamus*, & eorum faciamus iacturam. Num tu sancto Paulo sanctior es, aut Salomone sapientior? Si tibi es nequam, cui eris bonus? Imitare primum fontem omnium bonorum Deum, & Christum Saluatorem nostrum, *g de cuius plenitudine nos omnes accipimus*: cum ipsi pleni semper remaneant: & discite etiam tu effundere postquam eris plenus; nec sis tu profusior in dando, quam sit Deus, si plus des quam oporteat. Si *corporalis elemosyna* (vt ait Apostolus) *moderate est tribuenda, vt tu non remaneas in egestatem*: multo magis id est intelligendum de elemosyna Spiritualis. Si vis misereri Spiritualium necessitatum aliorum: prius (ait Ecclesiasticus) *h miserere anima tua placens Deo in omnibus quæ agis: & congrega cor tuum in sanctitate eius*, hoc est congrega in corde tuo sanctitatē Dei, & virtutis: vt possit tū eas in praxim adhibere. Sufficiat tibi, quod proximum ames sicut te ipsum non verò illum diligas plus quam te, perdendo animam tuam, vt illius lucretis. Charitas enim (ait S. Thomas) nunquam approbat talem amorem in bonis spiritibus; quamuis admittat eum in bonis corporis.

§ 1.

EX prædictis intelligitur, prudentiā debere moderari occupationes, ad quas Zelus se extendit, tot sibi assumendo ad alios iuuados, vt turbet

d Thef. 27.  
Serm. 1.8 in  
Gansic.

e Prov. 29.  
11.

f Heb. 2.1.

g Ioan. 11. 6.

i. Cor. 8. 13.

h Ecc. 30. 24.

2. 2. q. 26.  
a 4. q. 50.

& effundant spiritum, sicut euenit S. Martha: cuius zelus hospitandi Christum Dominum nostrum adeo reddebat inquietam, vt ipsemet Christus ei dixerit: *a Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plura. Quamuis enim & opus quod prestas, sit bonū, & zelus qui te impellit, ex te prestantissimus: nimia tamen sollicitudo ac turbatio ista tibi non placet, quia est indisa multa, non reducens illa ad vnum illud quod necessarium, ad exequendum scilicet in omnibus voluntatem meam. Eodem etiam spectat consilium Ecclesiastici dicentis: *b Fili, ne in multis fueris actus tui. hoc est ne multis rebus impliceris. multa autem vocantur, quae vires excedunt, & nimia anxietate ac sollicitudine arripiuntur. Illa enim ineptum hominem reddunt ad percipiendam sapientiam Diuinam, quae non obtinetur nisi, (vt ait idem Ecclesiasticus) *c in tempore vacuatae, qui minoratur actu sapientiam percipiet. Non debes ita soli tibi attendere, vt negligas eos qui sunt tuae curae commisi; nec ita debes illis attendere, vt obliuiscaris tuipsum: sed ita medium tenere, vt excessum occupationū & curarum mortificatione praescindas. Hoc ait S. Gregorius significasse, quod Deus noster iubet antiquos Sacerdotes *capit suum non radere, neque comam nutrire, sed radentes attondere capita sua. Capilli, qui in capite nascuntur, sunt cogitationes & curae eorum, qui sunt Ecclesiae capita, & quibus aliorum incumbit gubernatio. Quos non expedit omnino radere, quia esset in detrimentum officij ipsorum; neque tamen permittendi sunt nimium excrescere: quia onerarent & impedirent quietem, & aspectum animae: sed quemadmodū faciunt, qui tōdent, partes superfluas ab se scindunt, relictis tamen necessarijs. Et quemadmodum capilli crescunt insensibiliter, & necesse est certis temporibus eos abscindere: ita ijs, qui nimium sunt zelantes, non percipientibus excrescunt nimiae curae & negotia cum proximis: vt opus sit frequenter superflua mortificare. Pererea magna illa videtur charitas, cum zelus eousq; progreditur; vt nulli se denegat: sed tunc verē erit charitas magna, cum se ipsum non negauerit sibi magis, enim debitores sumus nobis ipsis, quam alijs. Eugenio Papae adeo aliter obstricto curae totius Ecclesiae gerendae, haec Sanctus Bernardus scripsit: *Si totus vis esse omnium instar illius, qui e omnibus omnia factus est. laudat humanitatem: sed si plena sit. Quomodo autem plena, te excludit. Nā & tu homo es. Ergo vt integra sit, & plena humanitas: colligat & te intra se sinus, qui omnes recipit. Alioquin, f quid tibi prodest, iuxta verbum Domini, si vniuersos lucreris, te vnum perdens? Sapientibus & insipientibus debitores: & soli negas te tibi? omnes de fonte publico bibunt pectora tuo; & tu seorsum sitiens stabis, g Bibe aquam de cisterna tua (ait Salomon) deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, non sunt alieni participes tui: Nunquid tu alienus? Cui non alienus, si tibi est*****

a Luc. 10. 41

b Eccl. 11. 10.

cc. 38. 25.

1. P. Pastor.  
cap 7.  
d Exech.  
44. 20.Lib. de Cō  
sideras.c 1. Cor. 9.  
21.Mut. 16.  
26.

g Prov. 5.

h Deniq; qui sibi nequam, cui bonus? Accedit: quod feruor non tam in eo est, vt multa complectatur; quam vt officium & ministerium exacte fiat. Quod si fuerit nimius, erit etiam implicatus, & intricatus, ac proinde minus utilis. Ideoque S Gregorius ait: *Impar inuenitur ad singula, qui confusa mente diuiditur ad multa.* Et ipsummet opus (ait S, Bernardus) præcedere debet aliqua consideratio, quæ illud dirigat: qui autem ad multa sese effundit, non potest bene ea considerare. Denique ne sanitas frangatur, cuius defectu ministeria suspendantur aut cessent: necesse est ad tempus subtrahere sese occupationibus, & quietem aliquam assumere, quæ simul Spiritum leuet: eum in modum, quo Christus Dominus noster, cū conuenirent ad ipsum Apostoli, & renuntiarent ei omnia, quæ egerant & docuerant, dixit eis: *i venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum.* Erant enim qui veniebant & redibant multi & nec spatium manducandi habebant, vt ex eo intelligeretur: non esse contra charitatem & zelum, subducere se interdum à ministerijs erga proximos: vt quies aliqua corpori & spiritui detur, præcipuè cum proluxa aliqua occupatio, & labor præcessit, vt postea videbimus. Et quemadmodum, qui aluearia castrant non accipiunt totum mel; sed partem relinquunt pro apum nutrimento, donec aliud conficiant; & opiliones, cū oues mulgent, non totum lac auferunt, sed aliquid relinquunt, quod sugant agneli: ita Christus D. N. non vult laborantes in iuuandis proximis, & filijs Spiritualibus educandis ita premi, & exhauriri, vt non eis super sit tantum lactis & mellis, quantum ad suam sustentationem opus habent. Etiam Moyses alio qui valde esset sapiens: zelus tamen fecit eum in hac re impingere: cū totius populi curam & gubernationem solus in se suscepit, ita vt totam diem absque vlla requie consumeret audiendis & iudicandis omnium causis & negotijs. Quem cum Ietro socer eius videret ita grauiter occupari, fecit officium boni Consiliarij erga suū generū, dicens ei: *Non bonam rem facis: stulto labore consumeris:* quia vltra vires tuas te oneras, & periculo exponis, totum onus à te abiiciendi; aut ei succumbendo, vitam amittendi: Quare expedit prouidere viros, qui te subleuent. *Quibus auditis, Moyses fecit omnia quæ ille suggererat.* Cuius errorem permisit Deus, & veram emendationem, ad monendos valde zelantes, qui volentes omnia præstare, incidunt in nimiam anxietatem; & nec officium ita bene peragitur: neque est ita diuturnum. Quod si zelus est Dei, qualis fuit Moyses, fiet docilis ad amplectendū consiliū, quod in maiorem cedat eius vtilitatem. Hoc ipsum docuerunt etiam Apostoli, cū crescente numero discipulorum statuerunt distribuere onus gubernationis, dantes septem viris siue Diaconis curam rerum temporalium: *nos autem, inquit, orationi, & ministerio verbi instantes erimus.* Nec dixerunt se ministerij tantum verbi

Tt 3

inui-

h Eccl. 14. 5.

i Pastor. 6. 4.  
Supra.

i Marc. 6. 30

Tract. 5.  
cap. 14.k Exod. 10  
18.

i Act. 6. 4.

inuigilatos; sed etiam orationi. Qua sententia docuerunt: Euangelicos operarios non debere omnino occupari ministerijs erga proximos: sed partem aliquam temporis tribuere orationi, & familiaritati cum Deo: quæ debet esse prima & præcipua eorum occupatio, nam propterea primo loco fuit posita.

HINC prudentia sua deducit consilia ad vtriusque zeli actiones desponendas, applicans quotidie partem temporis sufficientem ad satisfaciendum vtrique. vt quemadmodum Christus Dominus noster in die laborabat cum proximis, nocte autem orabat in montibus: ita ipsi quædam horas accipiant, vt sibi quotidie vacent; & alias, vt attendant proximis, succedentibus semper hic occupationibus alijs. quemadmodum dies & noctes mutuo sibi succedunt, in labore, & quiete corporis. Et quemadmodum non debent tantum temporis rebus proprijs tribuere, vt non superfit etiam tempus pro rebus aliorum, qui ipsorum curæ subfunt: ita non debent tantum tribuere curæ aliorum, vt propriam negligentem sunt magis obstricti. Ac propterea Apostolus dixit Episcopis: *in attendendo vobis & vniuerso gregi.* Et Timotheo scripsit: *n attende tibi, & doctrinam ista in illis.* Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt, lubet itaque primum attendere profectui proprio; & postea prædicationi & doctrinæ, & in vtroque esse feruentem, instantem, ac sollicitum: tunc enim se & alios saluos facturum. quod si alteri parti deesset: nec seipsum saluaret, nec alijs sufficiens præberet auxilium vt saluarentur. Et hic est duplex Spiritus, quem Elifæus petit ab Elia: vt illum imitaretur in omnibus, quæ faciebat in bonum proprium & proximorum. In signum autem, quod Deus duplicem illum Spiritum ipsi daret, reliquit ei pallium, quo ipse tegebatur: quod significabat zelum, de quo dixit Isaias: *p operus est quasi pallium Zeli:* vbi enim hic est perfectus, adfert secum spiritum duplicem, qui & sibi & proximis conlulit.

## §. II.

ALTIJS periculis non paruis expositus est zelus Euangelicorum operariorum, propter aliquos actus præbentes occasionem amittende charitatis, & vnionis fraternæ, veræq; humiliæ, & mansuetudinis Christianæ: zelus enim Doctorum in disputationibus, & Prædicatorum in reprehendendis vitijs, & Prælatorum in puniendis delictis solet facile excedere limites rationis: ita vt incidat in peccata iræ, rancoris & vindictæ; in discordias, schismata, & tumultus; & in alias culpas & imperfectiones. Et ferè omnia hæc ministeria oppugnantur à ventis contrarijs nunc superbæ, & inanis gloriæ, arrogantia & iactantiæ cum prosperos habent

exitus

m. A. A.  
20. 28.  
n. 1. Timor.  
4. 16.

o. 4. Reg. 1. 9

p. Isai. 59. 17

exitus; nunc pusillanimitatis, tristitiæ, abiectionis animi, ac tædij: cum habent aduersos. ita ut utriq; venti aliquas adferat culpas: nisi prudētia mille oculos apertos habens, semper vigilet; & amor Dei ac zelus ei placendi, valde prædominetur amoris & zelo boni proximi. Ne tamen iusti zelantes, & bonam habentes intentionem, propter has culpas nimium tristantur: operæ pretium est eos diligēter attendere: huiusmodi culpas ut plurimum esse leues, neq; ex malitia, sed ex aliqua inaduertentia, aut humana imbecillitate euenire. Ac proinde ipsum zelū, bonamq; intentionem, quam habent, ipsos apud Deum valde excusare: qui etiam facile eas remittit. Nam (ut dixit Ezechias Rex) a Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum Patrum suorum, & non imputabit eis quod minus sanctificati sunt. hoc est, non magnam reputabit culpam aut in ciuitatem, si minus puri & Sancti erunt, quam eorum Professio exigebat. Nouit enim ipse ex qua massa conditi, & conflati sumus; & commiseretur imbecillitati nostre. Et quamuis omnium pœnitentiam admittat, quomodoocunque peccent: multo tamen facilius eam admittit in huiusmodi culpis. Quod etiam perpendit S. Gregorius dicens: apud misericordem iudicem nequaquam sine venia relinquitur, cum per feruorem Zeli ex eius amore peccatur: si tamen peccatum suum qui peccauit agnoscat, & culpam deprecetur. In cuius figurā, ait, iubebat Deus, ut b si quis simplici- ter cum proximo in syluam abiret ad ligna cedenda, & in succisione lignorum secu- rus fugeret ex manu, & amicum percusserit & occiderit. is ad vnam designatarum ciuitatum confugeret, vñ securus viueret ne forsitan proximus eius, cuius effusus esset sanguis, dolore stimulatus eum persequeretur, & percuteret animā eius, qui non esset reus mortis: ita etiam, qui falce correctionis & reprehensionis aut punitiois atcedit, ut ligna vitiorum proximorum succidat: si mente simplici, sanaque intentione verbum aliquod ipsi elabatur ita asperum, ut pungat amicum; & ita sit illi occasione amicitiam lædendi, & vitam gratiæ, charitatisque amittendi, propter odium quod inde ille accipit. Talis inquam non abiciat animū, sed recipiat se ad aliquam ex tribu ciuitatibus refugij, hoc est ad Sacramentam Pœnitentiæ, cuius tres sunt actus Contritionis, Confessionis, & Satisfactionis: quibus inest vis trium virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & Charitatis, ut vbi securus maneat & saluetur. Quod si defuncti cognatus, Christus scilicet Iesus Iudex vitiorum & mortuorum, qui per Incarnationem effectus est noster cognatus, perse qui voluerit & iniuriam sibi illatam vlcisci: inueniat verò occisorem in ea Ciuitate absconditum, non sumet de eo vindictam, sed ignoscat iniuriam.

a 2 Paral.  
30. 19.

Lib. 10. Mo-  
ral c. 5.

b Deut. 19.  
4.

HINC

HINC etiam licet zelantibus operariis aliam solarij sui rationem deducere: eò quòd corã Deo multa plura promereantur & sibi comparent, quàm amittant; & plaris fiant, maiorque honor exhibendus sit eis propter bonum, quod suis ministeriis faciunt: quàm contemptui sint, aut contra eos murmuretur, ob aliquos defectus, quos inter agendum admittunt. Vt enim S. Bernadus Monachis suis dixit: Inhumane redarguis opera, quorum onera refugis; temerare obiurgat virum de praelio revertentem, mulier manens in domo. Quia etsi miles aliquod vulnus in bello acceperit: cù tamen victoriam obtinuerit, & Patriam propugnauerit, temere obiurgatur ab eo, qui domi manens, nihil tale præstitit. Huiusmodi zelantibus competit illud Ecclesiastici: *c melior est iniquitas viri, quam mulier benefaciens*: nam tu quidem (ait S. Bernardus) in tui custodia vigilans benefacis: sed qui iuvat multos, & melius facit, & virilius: quantum defectus aliquis adsit in eo quod facit, quia & hic locum habet illud S. Iacobi dictum: *d Charitas oderit multitudinem peccatorum.*

QVÆ licet dicta sint ad solacium zelantium, qui bonæ sunt intentionis: necesse tamen est, eos valde serio procurare, ut omnes zeli excessus, & inordinationes præscindunt: apponentes remedia eorum radicibus, quales sunt ignorantia, aut imprudentia, & inordinata aliqua Passio superbie, cupiditatis, aut iræ quæ etiã iudicium rationis excæcat, & gubernaculum auferit scientiæ, ac prudentiæ: sine quo feruor vertitur in furorẽ, & existimans se rectè agere, maiori percutit furia. Sed quoniam in singulis officiis, & ministeriis proprii sunt defectus: dicemus in singulis, quod pertinet ad eorum remedium: & simul de reliquis scientiæ, ac virtutis specialis partibus, quæ necessariæ sunt ad illud vtiliter exercendum,

(..)



Sermon. 12.  
in Cantica.

Suprà.

d Iacobi 4.